

DISPUTATIO THEOLOGICA,
DE
NECESSITATE
BONORUM OPERUM,

Quam
SUMMO BONO ADIUVANTE,

EX DECRETO MAGNIFICI RECTORIS ET AMPLISSIMI
SENATUS ACADEMICI,

IN ILLUSTRIBUS ALBERTINA,
PRO LOCO

PROFESSIONIS THEOLOGICÆ
TERTIO,

Publicè proponit,

GODOFREDUS VVEGNERUS,

S.S. Theologiæ Doctor, P.P. & Con-
cionator Aulicus Secundarius,

RESPONDENTE

M. DANIELE HOYNOVIO,

D. Decembr. M. DC. XCIV.

In Auditorio Majore.

Horis Ante & Pomeridianis.

Recusa FRANCOFURTI, Anno 1697

oll. diss. A
31, 39

Diss. A. 231 (39)

DISPUTATIO THEOLOGICA
IN
NECESSITATE

BONORUM OPERUM

SUMMO BONO ADIUVANTE

EX DECRETO MAGNIFICI RECTORIS ET AMPHITHEATRARI
SENATUS ACADEMICI

IN UNIVERSITATE ALBERTINA

PRO LOCO

PROFESSIONIS
THEOLOGICAE



Publice proponit

GODOFREDUS VVEGENERUS

22. Theologiae Doctor, P. P. & Con-

cionatus Anticus secundarius

RESPONDENTE


M. DANIELE HOYNOVIO

D. Theologiae M. DC. XXXI

In Auditorio Majori

Habitu A. M. & P. M. M. M.

Recht P. H. A. CORN. F. A. A. A. A.



§ I.

Pessima & impudentissima est calumnia, quâ LUTHERANI à Pontificiis onerantur, quando clamant ac scribunt, Nos docere, *Bona opera non esse necessaria: Bona opera esse perniciofa ad salutem: Salvandos cavere posse bonis operibus: Doctrinam nostram de justitiâ fidei per se fenestram improbis ad nequitiam aperire, & omnis generis scelera fovere: alere securitatem, & homines reddere segniores ad studium pietatis.* Iisdem criminationibus Orthodoxiam nostram de justificatione peccatoris, quoque proscindunt Photiniani, aliique Heterodoxi, eamque causam esse dicunt, ut maxima pars eorum, qui eam profitentur, quidvis potius agere videatur, quàm ut sanctè & innocenter vivere curet, nedum revera vivat. Videantur B. GERHARDUS in *Confess. Cathol. lib. 2. part. 3. art. 23. c. 6. p. 1513. seq.* & in *Locis Theol. de Bon. oper. §. 31.* D. JOH. GISENIUS in *Papismo part. 3. disp. 62. th. 46. seqq.* & alii. Verùm diabolica hæc ἐγκλήματα refutat, tum doctrina, tum praxis Ecclesiarum nostrarum. *Doctrina* nostra omnium oculis exposita est, in Augustanâ Confessione art. 6. & 20. & ejus Apologiâ sub tit. resp. ad argum. advers. p. 95. repetita passim in scriptis nostratium Doctorum, & in præsentis quoque disputatione, ad amoliendam malitiosam hanc calumniam conscriptâ. *Praxis* patet, tum ex *concionibus* Pastorum, qui populum ad studium bonorum operum excitant: tum ex *Disciplinâ Ecclesiasticâ*, quâ impœnitentes, & notorii peccatores excommunicantur: tum ex *suppliciis*, quæ Magistratus facinorosis irrogat.

§. II. Concedimus equidem, NICOLAUM AMS-DORFIUM, dum magno conatu sese errori, *de necessitate bonorum operum ad salutem*, opponeret, ad alterum extremum incautum declinasse, & propositionem illam defendisse, *Bona opera perniciofa esse ad salutem*; sed is tamen mentem suam ita declaravit, quod non simpliciter & nudè acceperit, verum de sola opinione meriti. Unde, cùm Propositio ista nudè accepta formæ sanorum verborum non congrueret, *Formula Concordia* sententiam suam de eâ exponit, p. 708. *Commemorata propositio in Ecclesiis nostris reprehenditur & rejicitur, propterea, quod ita nudè usurpata falsa est, & offendiculi plena: quâ Disciplina & morum honestas labefactantur, dissolute vero & Epicureæ feræ vitæ janua aperitur, & confirmatur. Ab eâ enim re, quæ alicui ad animæ suæ salutem perniciofa creditur, abstinendum & cavendum esse omnes judicant. Cum verò Christiani bonis operibus non deterrendi, sed potius quam diligentissimè ad ea adhortandi sint: Profectò nuda ista propositio in Ecclesia Christi tolerari non potest, nec defendenda est.*

§. III. Damus quoque, B. LUTHERUM vehementer justitiam legalem improbasse, atque homini opera sua non tantum inutilia, atque ad salutem impedimento, verum etiam perniciofa esse, scripsisse: nam id ex variis locis, præsertim ex Postill. Eccles. super Epist. Dom. 23. Trin. & commentar. in Epist. ad Galat. cap. 2. & 3. passim, constat; sed & is nunquam simpliciter & absolutè, verum secundum quid, ac cum determinatione accepit, secutus Paulum, qui arbitratur, *bona opera esse detrimentum propter fiduciam in carne, damnum propter Christum, stercora propter eminentem scientiam Christi, Philip. III, 7.* Mirum certè, D. LUTHERO, & Protestantibus nudam improbationem bonorum operum tam audacter potuisse affingi, qui tam clarè ubiq; sententiam suam de iisdem proposuerunt. *Apologia A. C. art. 20. Non damnamus, inquit, ipsa bona opera; sed opinionem meriti, & fiduciam justitiæ & salutis, quæ collocatur in*
ope-

DE NECESSITATE BONORUM OPERUM

opera, damnamus. Audiatur ipse MEGALANDER Commentar. in Ep. ad Gal. c. 2. f. 130. a. *Concedimus, docendum quoque esse, de bonis operibus & Charitate, sed suo tempore & loco, quando scilicet questio est de operibus extra hunc capitalem (de justificatione) articulum. Hic autem status causa est, per quid justificemur, & vitam aeternam consequamur? Hic respondemus cum Paulo, solâ fide in Christum nos pronunciarî justos, non operibus legis aut Charitate. Non quod opera aut Charitatem rejicimus, ut adversarii nos accusant. Sed ex statu presentis causa non sinemus nos dimoveri, id quod Satan querit. Cum igitur jam versamur in loco communi de justificatione, rejicimus & damnamus opera, is enim locus nequaquam admittit disputationem de bonis operibus. Et in cap. 3. f. m. 364. b. Extra causam justificationis nemo potest bona opera à Deo præcepta, satis magnificè commendare. Quis enim vel unius operis, quod Christianus ex fide in fide facit, utilitatem & fructum satis prædicare potest? Est enim pretiosius quàm cælum & terra, ideò neque totus mundus in hac vita potest dignam mercedem reddere, vel pro uno tali bono opere. Neq; mundus hanc gratiam habet, ut bona opera piorum magnificat, multominus ut ea compenset, quia ea non cernit, aut si cernit, non bona opera, sed pessima malefacta esse judicat, & eos, qui talia faciunt, tanquam nocentissimas generi humano pestes è mundo exturbat. Possem ex hoc uno Commentario quàm plurima testimonia pro LUTHERO producere, quod bona opera non simpliciter improbaverit, sed potius commendaverit; monstratò semper discrimine inter legem & Evangelium, justificationem & renovationem. Conf. quæ §. sq. ex eo adducuntur.*

§. IV. Denique non negamus, reperiri inter auditores non paucos, qui doctrinâ de justitiâ fidei, & impletionem legis abutuntur, & quando docentur, hominem solâ fide justificari, neque viribus gratiæ legem implere posse, negligentius studium pietatis tractant, cogitantes, posse hominem salvari, etiamsi nulla bona opera faciat: imò

A 3

sunt,

sunt, qui securius inde vivunt, & carni vincula laxant: Accedit quorundam Pastorum imprudentia, an inscitia? qui de impossibilitate legis implendæ incautè concionantur, & justitiam fidei non eò modo proponunt, ut unà fructus eliciantur. Animadvertit hunc abusum nostræ doctrinæ jam suo tempore B. LUTHERUS, unde non semel de eo conquestus est. In allegato Commentario in Ep. ad Galat. f. m. 413. a. *Caro, inquit, prorsus non intelligit doctrinam gratiæ, scilicet, quod operibus non justificemur, sed solâ fide, quod lex nullum jus in nos habeat, ideò cum audit hanc doctrinam, transfert eam ad lasciviam, & statim sic infert: si sumus sine lege, vivamus igitur ut volumus, nihil faciamus boni, nihil demus egentibus, multo minus patiamur aliquid mali. Non enim est lex, quæ cogat aut liget nos. Igitur utrinque periculum est, alterum tamen altero tolerabilius. Si gratia, seu fides non prædicatur, nemo fit salvus, fides enim sola justificat & salvat. Contra, si prædicatur fides, ut necesse est eam prædicari, major pars hominum carnaliter intelligit doctrinam de fide, & libertatem Spiritus in libertatem carnis rapit. Hoc cernere est hodie in omnibus vitæ generibus, superiorum & inferiorum. Omnes jactant, se esse Evangelicos, jactant Christianam libertatem; & tamen interim obsequentes suis cupiditatibus convertuntur ad avaritiam, voluptates, superbiam, invidiam &c. Nemo fideliter suum officium facit, nemo per charitatem alteri servit &c. Ea indignitas nonnunquam adeò impatientem me facit, ut sæpe optem ejusmodi porcos, qui margaritas pedibus conculcant, adhuc esse sub tyrannide Papæ. Impossibile enim est hunc Populum Gomorrhæ Evangelio pacis regi. Deinde nos ipsi, qui docemus verbum, non tanta diligentia & ardore jam in luce veritatis facimus nostrum officium, ut prius in tenebris ignorantie illud fecimus. Quo enim sumus certiores de libertate illa à Christo nobis parta, hoc frigidiores & segniores sumus ad tractandum verbum, orandum, bene operandum, ad mala ferenda. &c. Fol. 414. a. Quare equè necessarium est, ut pii Doctores tam diligenter*

urgetur

urgeant doctrinam de bonis operibus, quàm doctrinam de fide. Satan enim utrique infensus est, & acerrimè resistit. Fides tamen primùm plantanda est, sine ea enim impossibile est intelligi, quid bonum opus sit, quid Deo placeat. In nostris vero Ecclesiis, ubi diligentissimè urgetur vera doctrina de bonis operibus, dictu mirum, quanta socordia & oscitantia regnet. Quò plus ad hortamur & excitamus homines ad bene operandum, ad exercendam invicem charitatem, & abjiciendam curam Ventris &c. hoc languidiores & magis frigidi redduntur ad omnia exercitia pietatis. Itaque Satan non solum doctrinam fidei, sed etiam bonorum operum vehementer odit & impedit. Et fol. 417. a. Difficile & periculosum est docere, nos fide justificari sine operibus, & tamen simul exigere opera. Hic nisi sint fideles & prudentes Ministri Christi & dispensatores mysteriorum Dei, qui rectè secant verbum veritatis, statim fides & opera confunduntur, uterque locus & fidei & operum diligenter doceri & urgeri debet, sic tamen ut uterque intra suos limites maneat. Alioqui si opera sola docentur, ut in Papatu accidit, fides amittitur. Si fides sola docetur, statim somniant carnales homines, opera non esse necessaria &c. Similem querelam instituit B. D. FRANZIUS disp. IV. ad A. C. de justificat. th. 156. Cujus verba notatu digna apponam: Nos quidem inficias non ibimus, plurimos auditores ad impietatem suam obtegendam eadem doctrina vehementer abuti, plurimos etiam Doctores non satis acres sese præbere in urgendis vera fidei fructibus, idque una cum Socino supremam impietatem & totius Christianæ religionis everfionem atque abolitionem esse concedere cogimur, & vehementer deploramus, quin etiam tum istis ipsis auditoribus, tum simul Ecclesiarum Magistris, vel ex detestanda adulatione & captanda benevolentia damnatissima gratia, vel ex inscitiâ, ab nimium nimiumque sibi & aliis in æternum nociturâ, vel ex somnolentiâ diabolica, vel propter alias quascunque causas conniventibus, & hac in re officii sui à Christo præscripti capita minus exequentibus Acherontici exitii cruciatus duplicatos, & pro cuiusque meritis iniquis

tri-

DE NECESSITATE BONORUM OPERUM.

triplicatos vel centuplicatos ex ore Domini certò certò certò pronuntiamus! qua de re in singulari quodam tractatu sùv Deo suo tempore plura. Conf. Form. Concord. p. 702. seqq. & quæ infra §. 7. 13. & tot. memb. 3. adducuntur.

§. V. Ex quibus hæctenus constat, injuriam fieri nostris Ecclesiis, earumque Doctoribus, quando mendacis linguæ gladiò percutiuntur, & impudentibus illis criminationibus, initiò Disputationis memoratis onerantur: Contrarium enim innumeri Autores, eorumque scripta, & hodiernum Concionatores fideles ubique loquuntur, & vel ipsa templorum subfella, nedum Auditorum aures & animi, contra Pontificiorum calumnias, luculentum innocentiae testimonium præbere queunt. Utut verò hæc ita se habeant, & ipse B. LUTHERUS hunc articulum de Bonis Operibus, à corruptelis Pontificiorum, aliorumque heterodoxorum, juxta Dei verbum exactè repurgatum & pristino Apostolico nitore restitutum, Confessioni Augustanæ inferuerit, ut palam omnibus constet, quæ nostra sit doctrina de bonis operibus: attamen non licuit nostræ Ecclesiæ hæc puritate diu perfrui, siquidem mox post ejus beatum obitum inter ipsos Augustanæ Confessionis Theologos schisma exortum, atque erroneæ & periculosa de hoc articulo phrasæ à quibusdam sparsæ & propugnatae sunt, occasionem præbente libro illo famoso Pontificiorum, qui operâ & studiò tum nonnullorum falsorum fratrum cum Adversariis tectè colludentium, tum callidiorum quorundam Papistarum concinnatus, & Augustæ Vindelicorum A. M. D. XLVIII. sub titulo, INTERIM, sive *interreligionis*, editus est. V. Sleidanus lib. 20. de statu relig.

§. VI. In libro Concordiæ his verbis recensetur historia in Epit. artic. contro. p. 588. *Primum Schisma inter Theologos quosdam factum est, cum alii assererent: Bona Opera necessaria esse ad salutem: Impossibile esse salvari sine bonis operibus: Et neminem unquam sine bonis operibus salvatum esse:*

Alii

Alii vero docerent: Bona opera ad salutem esse pernicioſa. Alterum Schisma inter Theologos nonnullos ſuper vocabulis (neceſſarium & liberum) ortum eſt. Altera enim pars contendit, vocabulum (neceſſarium) non eſſe uſurpandum de novâ obedientiâ: eam enim non à neceſſitate quâdam & coactione, ſed à ſpontaneo Spiritu promanare. Altera vero pars vocabulum (neceſſarium) prorsus retinendum cenſuit: propterea quod illa obedientia, non in noſtro arbitrio poſita & libera ſit, ſed homines renatos illud obſequium debere præſtare. Et dum de commemoratis illis Vocabulis diſputatum eſt, tandem etiam de re ipſa fuit diſceptatum. Alii enim contenderunt, Legem apud Chriſtianos prorsus non eſſe docendam: ſed tantummodò doctrinâ Evangelii homines ad bona opera invitandos eſſe. Alii hanc opinionem impugnarunt. Repetitur in Declaratione ejusdem libri fuſius p. 698. ſeq. & in Repetitione Corporis Doctrinæ Pruten. fol. 56. b. ſeq. & f. 59. ſeq.

§. VII. Hæc ergò prima *ὀρθότατος* inter Theologos Auguſtanae Confeſſionis, de bonis operibus exorta, quatuor peperit quæſtiones I. *An bona opera ſint neceſſaria; an vero libera?* II. *An Bona opera ſint neceſſaria ad salutem?* III. *An Bona opera ſint pernicioſa ad salutem?* IV. *An, ſi non ad salutem, propter alias cauſas ſint neceſſaria?* De his brevem repetitionem ex Verbo Dei & Formulâ Concordiæ inſtituemus, exceptâ tertiâ. Cum enim aſſertionis illius Autor, *Nicolaus Amsdorſius*, de opinione meriti ſe propoſitionem intellexiſſe declaraverit, & certum inſuper ſit, non ex mentis malignitate, ſed contradicendi ſtudio, quò *D. Georgio Majori* Theologo Wittenbergenſi, bonorum operum ad salutem neceſſitatem aſſerenti, reſiſtebat, originem traxiſſe; ſufficere poteſt perſpicua expoſitio ſententiæ noſtræ in Formulâ Concordiæ, p. 708. *Si quis bona opera articulo juſtificationis immiſcere, juſtitiam ſuam, aut fiduciam ſalutis ſuæ in eâ reponere, gratiam Dei iis promereri, & per ea ſalutem conſequi velit; reſpondemus, non quidem nos, ſed D. Paulus ipſe, idque tertio repetit, quod tali homini opera ſua non tantum ſint inutilia, atq; ad ſalutem impedimento: verum etiam pernicio-*

sa sint. Culpa tamen non est bonorum operum per se, sed vana fiducia, qua contra expressum Dei verbum in opera collocatur. Inde tamen haudquaquam consequitur, quod simpliciter & nudè asserere liceat: Bona opera credentibus ad salutem esse perniciofa. Bona enim opera in credentibus (cum propter veras causas fiunt, & ad veros fines, sicuti ea Deus à renatis exigit, referuntur) indicia sunt aeternae salutis. Siquidem hac est voluntas, & hoc expressum Dei mandatum, ut credentes bona opera faciant, quae Spiritus S. in credentibus operatur: eaque Deus Pater propter Christum accepta & grata habet, & praeclara illis praemia, hujus & futurae vitae, promittit.

M. I. DE NECESSITATE ET LIBERTATE B. O.

§. VIII. In Quaestione, *utrum Bona Opera sint necessaria, an libera?* termini paululum evolvendi sunt, juxta illud: πρὸς τὸ ὁρθῶς διδάσκειν, δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα. Occurrit autem primò Terminus *Bonorum operum*: qui in Scriptura dupliciter accipitur: (α) *Generaliter, sive ὁλικῶς*, de totâ novâ obedientiâ Eph. II, 10. *Ipsius opus sumus, conditi in Christo Jesu ad opera bona, quae preparavit Deus, ut in eis ambulemus.* conf. Tit. II, 7. III, 14. I. Tim. VI, 18. Hebr. X, 24. &c. (β) *Specialiter, sive μερικῶς καὶ συνεκδοχικῶς*, de operibus beneficentiae & liberalitatis in pauperes, praesertim piarum matrum familias, Actor. IX, 36. I. Tim. V, 10. Et quidem vox *operum* ex Ethicis, à bono morali & honesto, seu virtute civili, traducta, & in Ecclesiae doctrina ad renatorum obedientiam, tam internam, quam externam, eamque, spiritualem, translata est. Maluit autem Spiritus S. appellatione *operum*, seu *actionum*, quam habituum virtutum, (licet hi radix operum, & longe stabilius quiddam sint,) uti, *tum* quia opera externa notiora sunt internis animi qualitatibus & cordis affectibus: *tum*, quia laus vera virtutis in praxi consistit: *tum*, quia interna pietas nulla est, nisi actionibus externis exprimatur. *Bona* vero appellantur, *tum* *ratione causae efficientis*, quae est gratia Spiritus S., *tum* *ratione objecti*, quod est Dei mandatum in lege, quod respiciunt: *tum* *ratione formae*, quae Fides est, ex qua procedere

dere

dere debent: *tum ratione subjecti*, à quo fiunt, quod renatus est: *tum ratione finis*, quia in celebrationem gloriæ Dei tendunt. Atque hæc requisita actiones demum bonas, itemque discrimen inter bona opera Ethnicorum & Christianorum faciunt. Bona enim Opera non nominibus, sed adverbis sunt judicanda, i. e. illa demum opera sunt bona, quæ etiam benè fiunt.

§. IX. Occurrunt aliàs variæ appellationes, quibus Bona opera in Sacris Literis ornantur: Dicuntur enim Sanctificatio; Mortificatio & Vivificatio; Regeneratio; Renovatio & nova Creatura; Nova obedientia; Homo interior seu novus homo; Dilectio Dei & Proximi; justitia, virtus Christiana; Bona Conscientia, seu justitia bonæ conscientiæ; Bonum Propositum; Fructus; Fructus Spiritus, justitiæ, fidei, Pœnitentiæ; Cultus rationalis; Sacrificium vivum, sanctum, Deo placens; *ἡμιάμα* &c. In Ecclesiâ tamen, mentione bonorum operum, plerumque significatur tota obedientia, tam interior quàm exterior, cum decalogo seu norma justitiæ in Deo utcunque conveniens: seu novitas Spiritus, id est, nova lux veræ agnitionis Dei in mente, firma præresis obediendi Deo juxta omnia præcepta in voluntate, vera denique & non simulata gubernatio affectuum & cupiditatum, secundum legem Dei, prælucente fide, timor Domini, fiducia, dilectio, spes, patientia, invocatio, gratiarum actio, justitia erga proximum, tribuens superiori obedientiam & reverentiam, æquali consilium & auxilium, inferiori custodiam & disciplinam, veritas, castitas, & aliæ virtutes egregiæ à Filio Dei per Spiritum S. accensæ.

§. X. *Deinde*, cum de necessitate & libertate Bonorum Operum disquiratur, necessariò & hi termini, cum sint ambigui, secundum designationem libri Concordiæ declarandi sunt. Necessitas, juxta *Epiphanium, Damascenum, Lutherum, Philippum*, duplex est. (α) *Necessitas coactionis*, quæ & Violentiæ seu *fatalis*, item *absoluta & consequentis*, dicitur, fitque invitâ & perpetuò reluctante voluntate, & legi, ac Spiritui Sancto ini-

micâ & contrariâ: hæcque ex diametro pugnat cum libertate, & τῆς ἐκδοχῆς novæ obedientiæ (β) *Necessitas ἀβίας* Ⓞ, quæ & *hypothetica*, & *consequentia*; à Philippo & Formulâ Concordiæ verò, *necessitas ordinis, mandati, & Voluntatis Divinae*, item *necessitas debiti* appellatur: Hæcque non contrariatur libertati & voluntario, sed ei, quod est adiaphorum, & indifferens, quodque sine discrimine vel præstari vel omitti potest, opposita securitati carnali & professioni fidei simulatæ, quæ est sine pœnitentia & bonis operibus. *Prior* illa omnem libertatem agendi tollit: *Posterior*, verò Libertati est subordinata, quæ de §. 11. & 12. pluribus agetur. *D. Mart. Chemnitius* in *Locis Theol. de Bon. Opp. q. 4. cap. I. pag. 20.* quatuor refert modos necessitatis, quibus Scriptura utatur, & quidem (α) pro eo, quod tanquam ad justitiam & salutem nostram exigitur. *Actor. XV, 5. Gal. II, 4. VI, 12.* (β) Pro eò, quod coactum & involuntarium est, & ab invitis extorquetur. *II. Cor. IX, 7. Phil. I, 14.* (γ) Pro eo, quod non est adiaphoron seu arbitrarium, sed debitum. *Actor. XIV, 46.* (δ) Pro eo, quod certas & graves causas habet. *Phil. I, 24.* Item pro necessitate consequentiæ, quam immutabilitatis vocant. *Heb. VII, 12. c. IX, 16.* Videantur ibidem plura: ubi quoque monet, ut, (cum æquivocatio sit errorum genetrix) studiosi Veritatis diligenter cavere debeant, ne hæc phrasi incautius utentes, decipiantur.

§. XI. Vocabulum *liberi & libertatis* propriè & impropriè accipitur. *Propriè* quando sumitur, opponitur *tum servili necessitati*, ubi quis cogitur facere, quod invitus facit: *tum Coactioni*, ubi quis violentiâ exteriori ad aliquid faciendum adigitur, quæ tamen coactio, cum actus imperatos respiciat, volentis potius est, quam voluntatis, utpote quæ cogi nequit. *Impropriè* cum accipitur, opponitur, *Ordini, mandato, & gubernationi legis*, sed non contradictoriè, sed subalternè & subordinatè. Constat aliàs ex Sacris Literis, ipsam *servitutem* quoque in bonam ac malam, partem accipi. In *bonam* accepta,

no-

notat jus & debitum piè vivendi, estque libertas gratiæ, Rom. VI, 18. In *malam* verò, notat tum servitutem ex peccato Originali Rom. VI, 14. tum ex peccato actuali voluntario Joh. VIII, 34. Hæc est ipsa *Libertas carnalis*, & planè ἀνομία quodlibet agendi licentiã, quã quis nihil facit juxta, sed contra legem; quasi bona opera sint adiaphora, indebita, arbitraria, & nullo modo necessaria, aut quasi obedientia aut inobedientia legis à Spiritu S. in nullo prorsus discrimine ponatur. Illa est *Libertas Evangelica & Christiana*, νομικὴ seu νόμιμος, opposita coactioni sive occultæ sive manifestæ, seu extorsioni obedientiæ violentæ, quæ fit ab invitis, vel contra voluntatem eorum, estque Servitus liberalis, seu libertas Deo & Proximo cum voluptate & delectatione inserviens. Gal. V, 13. I. Petr. II, 16.

§. XII. His præsuppositis, & dextrè intellectis, & *necessitas & libertas B. O.* simul stare potest, sine ulla contradictione, & utraque Propositio, diverso tamen respectu, affirmari: *Bona opera esse necessaria, & bona opera esse libera.* *Necessaria* sunt ex hypothesi, quæ nec meritum, nec salutis efficientiam, aut restitutionem aut conservationem respicit; sed ordinem, mandatum, debitum, conscientiam & renati officium. Intelligitur *Necessitas*, non *coactionis & violentia*, neque *cause*, sive promerentis, sive conservantis promeritum, neque *conditionis sub quâ*, aut *cause sine quâ non*; sed *Necessitas interna & physica*, quæ per communionem naturalem & inseparabilem concomitantiam fidei & operibus intercedit, & *ordinis & voluntatis divina*, quæ de in membro 3. agemus pluribus. *Libera* vero sunt Bona Opera respectu *cause liberae*, quatenus ex spontaneo liberoque Spiritu à renatis fiunt; non certè, quasi B. O. sint adiaphora & indifferentia planè, ut vel præstari, vel omitti possint. De hoc discrimine inquit F. C. p. 703. *Commonefactio observanda est, quod per vocabulum Necessitatis intelligenda sit necessitas ordinis, mandati, & voluntatis Christi, ac debiti nostri, non autem necessitas coactionis. Vult enim mandatum Dei, ut Creatura suo Creatori obediat. In aliis enim quibusdam Scriptura locis vocabula (ex necessitate) de iis rebus ac-*

cupiuntur, quæ homini præter voluntatem ejus, coactione quadam aut aliâs extorquentur, ut externè, & quidem in Speciem, sed tamen contra suam voluntatem aliquid faciat, Talia enim hypocritica Opera Deus non probat: sed vult, ut Populus Novi Testamenti sit Populus spontaneus, & ut spontanea sacrificia offerat: atque obedientiam non invitus aut coactus, sed ex animo præstet. Hilarem enim datorem diligit Dominus. In hanc sententiam rectè dicitur atq; docetur: quod verè bona Opera spontè, libero Spiritu ab iis, quos filius Dei liberavit, fieri debeant: quemadmodum etiam Disputatio illa, de libertate bonorum Operum præcipuè ad hanc sententiam confirmandam à quibusdam agitata est. Patet itaque, quod Libertas & Necessitas, sine contradictione, de eodem subjecto h. l. dici possit, & Bona opera, quæ libera sunt & spontanea, etiam sint necessaria, non omnem necessitatem, sed necessitatem tantum coactionis respiciant: & quæ necessaria hypotheticè, etiam libere & minimè coacta sint, aut contra voluntatem agentis extorqueantur, ut externè tantum, in speciem, hypocritarum more fiant, sed sponte, liberoque Spiritu à renatis fieri debeant. Nam (α) Deus omnem hypocrisin improbat. (β) Vult quoque, ut Populus suus sit spontaneus, & obedientiam non invitus & coactus, sed ex animo præstet. Psal. CX, 3. Populus meus spontaneus Rom. VII, 22. Delector lege Dei, quoad interiorem hominem. Et I. Cor. IX, 27. Castigo corpus meum & in servitutem redigo. (γ) Ideò hilarem datorem quoque diligit. II. Cor. IX, 7.

§. XIII. Controvertitur itaque Libertas Bonorum operum illa, utrum sint adiaphora, indebita, arbitraria, & nullo modo necessaria? Ita, ut homo renatus omninò legibus divinis solutus sit, ut vel facere Bona opera, vel ommittere possit, & licet contra legem Dei peccet, nihilominus tamen fidem, gratiam Dei, & Spiritum Sanctum retineat? Taceo Veteres hæreticos ἐργασί-
στας, Carpocratianos, Simonianos, Valentinianos, de quibus Irenæus lib. I. c. 24. & 12. & Eunomianos, de quibus Augustinus hæres. c. 54. & alios hæreticos: omni enim tempore Libertini reperti, qui Libertate Christianâ abusi sunt. PAUCIS tantum superioris

ris

ris seculi Antinomus & Libertinos tangam, qui jam *Lutheri* tempore, necessitati Bonorum operum infensi, dixerunt: *Si es adulter, scortator, usurarius avarus, aut aliis pollutus peccatis, si tantum credis, salvus es, quia Christus omnia implevit*, ut ipse recitat in Lib. de Concil. & Eccles. Tom. 7. Altenb. f. 272. b. (Tom. 7. Jen. fol. 254.) his quidem verbis: Also thun jetzt meine Antinomer auch/ die predigen sehr fein/ und (wie ich nicht anders denden kan) mit rechtem Ernst/ von der Gnade Christi/ von Vergebung der Sünden/ und was mehr vom Artickel der Erlösung zu reden ist. Aber diß consequens sichehen sie/ wie der Teuffel/ daß sie den Leuten sagen solten vom dritten Artickel der Heiligung/ das ist vom neuen Leben in Christo. Denn sie meinen/ man solle die Leute nicht erschrecken noch betrüben/ sondern immer tröstlich predigen von der Gnade und Vergebung der Sünden in Christo/ und bey Leibe ja meiden diese oder dergleichen Wort: hörest du es/ du wilt ein Christ seyn/ und gleichwol ein Ehebrecher/ Hurenjäger/ volle Sau/ hoffärtig/ geizig/ Bucherer/ neidisch/ rachgierig/ böshafftig bleiben &c. Sondern so sagen sie/ hörestus bist du ein Ehebrecher/ Hurer/ ein Geizhels/ oder sonst ein Sünder/ gläubest du nur/ so bist du selig/ darffest dich für dem Gesetz nicht fürchten/ Christus hats alles erfüllet. Pag. 310. & seqq. Scriptum ejus extat contra Antinomus, in quô conqueritur, quod ad suos libros & consensum provocent, faciens *M. Job. Agricola* *Islebiensem* Sectæ hujus Autorem & Magistrum, quem tamen revocasse scribit. Pag. 314 & seqq.) Tom. I. Lat. W. f. 399. Jen. 553.) Antinomorum positiones, cum 6. Disputationibus D. Lutheri iis oppositis, exhibentur. Ut hinc constet, Beati illius viri autoritate, ac vigilantia eosdem repressos, tandem obmutuisse. Recruduit tamen illud certamen post ejus obitum, in quo necessitas Bonorum Operum ignominiose ab Antinomis exagitata fuit. Antesignamus eorum fertur *D. Andreas Musculus*, in Acad. Francof. Theol. Professor; qui tamen postea præconceptam opinionem suam abjecit, uti ex subscriptione F. C. manifestum esse po-

po-

potest. Interim cum *D. Martinus Chemnitius* videret, Ecclesias Patriæ suæ hâc controversiâ turbari, peculiarem tractatum de eâ conscripsit, quem ob *âeßerav* & profunditatem Locis Theologicis postmodum inserverunt. Non vero opus est, argumenta illorum pro indifferentiâ B. O. & libertate à lege, hîc proponere ac refutare, cum tanti non sint, & pleraque ex verbis B. Lutheri depravatis (quibus quoque Pontificii abutuntur) desumpta sint. V. Lutherus *Tom. 7. Altenb. p. 315.* Chemnitius *c. l. in Tractatu de Controversia, utrum verum & in Ecclesia retinenda sit usitata Propositio: Quod B. O. renatorum sint necessaria part. 3. p. 29. seqq.* Gerhardus *in Loc. Theol. Tom. 4. de B. O. §. 32--44.* Schlüsselburgius *Lib. 12. Catal. Heret. p. 708. seqq.* D. Botfaccus *Anabapt. refut. p. 450. seqq.* Abdias Prætorius *Respons. ad Scriptum A. Musculi de B. O. & novitatis vita libertate, edit. Witteb. 1563.* Ubi in fine veterem doctrinam, Issebiî & Musculi, recentiori opponit.

§. XIV. In nostris Ecclesiis quidem *Libertas Christiana*, ad quam Antinomi provocarunt, sanctè asseritur & commendatur; sed talis, quæ necessitatem Bonorum Operum non excludit. Alia enim est Libertas Spiritus; alia verò carnis Licentia. *Vos in Libertatem vocati estis tantum ne Libertatem in occasionem detis carni Galat. V, 13.* Quare vocabulum *necessitatis* in sensu illo, quò, non voluntario, sed adiaphoro contrariatur, de bonis renatorum operibus usurpatum, nequaquam ex Ecclesiâ explodendum, sed firmiter retinendum esse, testantur: (a) *Firma ac perspicua Scriptura testimonia*, quæ vocabulis necessitatis, necessarii, debiti, debemus, oportet &c. utitur, quoties de iis rebus agit, quas ratione mandati, ordinationis & voluntatis Divinæ præstare tenemur. Matth. XXIII, 13. *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Luc. XVII, 10. *Quod debuimus facere, fecimus.* Rom. XIII, 5. *Necessitate subditi estote.* Act. V, 29. *Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.* I. Joh. IV, 11. *Nos debemus alterutrum diligere.* conf. Rom. VIII, 12. c. XIII, 8. I. Cor. V, 10. c. IX, 16. Act. XIV, 28. I. Tim. III, 2. (a) *Analogia fidei*, quæ do-

do-

docet, non esse renatis liberum & arbitrarium relictum, num velint Deo in bonis operibus servire, nec ne? Hæc enim serua & perpetua Dei Voluntas est, ut Creatura rationalis obediat Creatori. Malach. I, 6. *Filius honorat Patrem, & servus Dominum suum. &c.* Quicumque igitur Deo honorem & timorem debet, ille necessario tenetur præstare B. O. necessitate ordinis, mandati, voluntatis divinæ, & officii humani. Atqui renatus &c. Ergò. Atque hoc obedientiæ debitum non tollitur, sive per Libertatem Christianam, sive per Evangelium aut fidem. Rom. III, 30. *Num legem destruimus per fidem? Absit, sed legem stabilimus.* Necessitatis itaque faciendorum B. O. causæ dantur, ob quas omitti non possunt, quæ membro 3. ordine commemorantur. (γ) *Publicæ nostrarum Ecclesiarum Confessiones*: nam A. C. habet art. 6. *Docent, quod fides illa debeat bonos fructus parere, & quod oporteat bona Opera mandata à Deo facere.* Art. 20. *Docent nostri, quod necesse sit Bona Opera facere &c.* p. 19. Apologia p. 85. *Profitemur, quod necesse sit inchoari in nobis, & subinde magis magisque fieri legem.* p. 86. Constat igitur, nostros requirere Bona Opera, imò addimus & hoc, quod impossibile sit, dilectionem Dei, etsi exigua est, divellere à fide &c. Formula Concordiæ p. 702. *Propositiones hæc (Bona opera esse necessaria: & necesse esse bene agere) in commemorata pia & genuina sententia, immeritò à quibusdam reprehenduntur & rejiciuntur.* Hæ enim retinenda atque urgenda sunt ad redarguendam atque refutandam securitatis Epicuræ opinionem, qua multi fidem mortuam, aut persuasionem quandam vanam, qua sine pœnitentia & bonis Operibus est, pro vera fide falsò habent, quasi, scilicet, in uno eodemque corde simul stare possint, vera fides, & malum Propositum in peccatis perseverandi & progrediendi, quod tamen prorsus est impossibile, aut quasi aliquis veram fidem, justitiam & salutem habere ac retinere valeat, etiamsi arbor putrida & infrugifera sit maneatque, neque ullos bonos fructus ferat; Imò, quamvis in peccatis contra conscientiam perseveret, aut rursus destinata malitia in scelera priora relabatur. Hæc falsa & impia sunt. (δ) *Scripta LUTHERI & PHILIPPI, qui ne-*

C

ces.

cessitatem cum libertate, & libertatem cum necessitate, conjunctam, in doctrinâ Bonorum Operum passim inculcant. Vide loca apud Chemnitium c. l. allegata. (e) *Perpetuus usus, & consuetudo* sic loquendi in Ecclesiis Confessione Aug. sincerè addictis recepta. Denique (§) monet Philippus in Forma Concordiæ Wormatiæ scripta Tom. 4. Opp. p. 811. Pernitiosum ac blasphemum Antinomorum errorem aliter refutari non potuisse, neque adhuc refutari posse, nisi hæc loquendi formula (*Bona Opera necessaria esse*) retineatur. Vid. plura in *Lib. Concord. Epit. Artic.* p. 589. seqq. in *F. C.* p. 699. seqq. *Repetitione Corporis doctrina Eccles. Pruten.* p. 56. seqq. & apud Chemnitium c. l. *Quæst.* 4, 5, 6, p. 43---75.

M. II. DE NECESSITATE B. O. AD SALUTEM.

§. XV. Ex adductis igitur *Necessitas B. O.* manifestè quidem patet; tradenda ac proponenda tamen ita est in Ecclesia Christiana, ne puritas articuli justificationis labefactetur, quia in illo omnes alii fidei nostræ articuli comprehenduntur, eoque salvò, salvi sunt & reliqui, amissò verò illò, amissa est simul tota doctrina Christiana, dicente D. LUTHERO in 3. Cap. ad Galat. Verùm non potuit fieri, ut doctrina de B. O. sine detrimento articuli de justificatione retineretur. Nam ut verbis repetit. Corp. Prutenici utar f. 59. *Spiritus erroris & mendacii vehementer laborat & sudat, ut inter causas, propter quas Bona Opera sunt necessaria, hanc etiam possit assuere & intrudere, quod ad salutem & vitam æternam sint necessaria, aut saltem quod ad retinendam gratiam sint necessaria.* Sentit enim, se non posse ulla occasione commodiore; aut specie plausibiliore, articulum justificationis tectè ex insidiis, & quasi per cuniculos invadere & depravare, quam sub hoc periculoso & pernicioso operculo. Ideò enim tempore *Cæsareæ interreligionis* (quæ ita vocatur), cum professi hostes & adversarii viderent, se non posse uno impetu doctrinam nostram in articulo justificationis labefactare & subvertere, hanc primam machinam ad-moverunt, & rem callidè eò deduxerunt, quod per quosdam ex nostris hæc propositiones Ecclesiis nostris obtruserunt, *Bona Opera etiam ad*
salu-

salutem esse necessaria, & impossibile esse sine Bonis Operibus salvari. Cum verò alii pii & fideles Doctores nostrarum Ecclesiarum animadvertenterent, quid Satan, partim per adversarios, partim per amicos & socios hisce propositionibus quæreret, exortum est inde certamen illud de necessitate Bonorum Operum ad salutem, quo adhuc Ecclesias turbari & distrahi, non sine dolore, videmus.

§. XVI. Utinam verò illud certamen prorsus defuisset, quod jam superiori seculo Orthodoxi, viri omni nisu sopire atque suppressere conati sunt. Et spes quidem fuit per Formulam Concordiæ, in qua hæc Controversia decisa, & forma sanorum verborum præscripta est, conformitatem doctrinæ, in Ecclesiis, saltem Lutheranis, promotum atque obtentum iri; docuit tamen experientia, fuisse semper, qui & phrasin & sensum de necessitate bonorum Operum, ad salutem tuiti sunt. Vehementer autem dolemus, adhuc repertos esse, qui hæctenus ejusmodi dogmatibus Pontificiis scandala & varias distractiones excitarunt, atque Ecclesias turbarunt; hæc ratione adversariis spem sui non adeò incertam facientes, uti Majores nostri jam suo tempore præfagiverunt. *Inde enim inquit in Repet. Corp. Pruten. f. 60. b.) Patroni Regni Pontificii maximas concepere spes, fore, ut hac ratione collapsæ regni istius abominationes paulatim restituantur & restaurentur. Ideò etiam Propugnatores harum Propositionum supra modum commendant, & ipsis testimonium perhibent, quod eo ipso à nobis deficere & ad partes Pontificias transire non obscure velle videantur. Eventus rem exemplis hoc anno comprobavit.*

§. XVII. Nulla ferè Secta est, nulla Ecclesia, in quâ hæc Propositio non suos defensores invenerit. In Ecclesia Lutherana primus fuit D. GEORGIUS MAJOR Professor Theologiæ Wittebergensis, qui doctrinam libri interim, de necessitate bonorum operum ad salutem, asseruit, cui sese NICOLAUS AMSDORFFIUS opposuit, tantâ vehementiâ ac fervore, ut in alterum extremum delapsus sit. Hujus scripto, quod mense Novembri 1551. editum, iste Responsum reddidit 1552. Witte-

bergæ vulgatum, in quô *Amsdorffium* suum Compatrem & Patrem appellat, quem supra 30. annos ceu Patrem & Præceptorem dilectum honorârit, & honorare imposterum velit, dolens, tot accusationibus ab ipso onerari. Scribit autem: In meinen Büchern wird Er das Wort (SOLA) wenn ich von dem Glauben und Rechtfertigung lehre / allezeit und gemeinlich mit grossen Buchstaben gedruckt finden. Das bekennne ich aber / daß ich also vormahls gelehret / und noch lehre / und förder alle mein Lebtag also lehren wil / daß gute Werck zur Seeligkeit nöhtig sind / und sage öffentlichen und mit klaren und deutlichen Worten / daß niemands durch böse Werck seelig werde / und daß auch niemands ohne gute Werck seelig werde / und sage mehr / daß / wer anders lehret / auch ein Engel vom Himmel / der sey verflucht. Wolan / wie gefällt euch nun das / denn ich weiß / daß diese die rechte Prophetische und Apostolische Lehre ist / so sie recht verstanden wird. Clarè hinc patent *D. Majoris* assertiones: 1. Bona Opera esse ad salutem necessaria. 2. Neminem sine bonis operibus salvari. 3. Anathema eum pronunciat, qui aliter doceat aut sentiat, si vel Angelus ê cælis fuerit. Mota hæc statim ab obitu B. Lutheri controversia, Pomum eridos fuit inter nostrarum Ecclesiarum Theologos. *D. Majorem* enim secuti sunt *Theologi Electorales, Saxonici & Misnici* plerique, quibus restiterunt *Theologi Ducales, sive Thuringici*: & quamvis ob contentiones & invectivas publicas de hac phrasi *Colloquium Altenburgense* 1568. mense Octobri potissimum institutum fuerit, non tamen prius hæc Controversia, quàm per Formulam Concordiæ postea composita est, propositione illâ tam quoad Phrasin, quàm sensum rejectâ: quæ damnatio in Corpore Julio, Luneburgico, Prutenico, Mansfeldensi, & Rutenico quoque approbata est. Hôc verò seculô hanc renovavit Controversiam in Academia Helmstadiensi *D.D. CONRAD HORNEJUS Theol. Professor*, adductus impietate per bellum Germanicum in Ecclesia invalescente: Vid. ejus Disputatio de summa fidei non qualislibet,

bet,

bet, ejusque defensio, item Repetitio Doctrinæ veræ de Necessitate B. O. Helmstad. 1649. edita. Afferuit quoque necessitatem B. O. celeberrimus Theologus D. GEORGIUS CALIXTUS, studium Pietatis causam sine quâ non, sive medium statuens, à quò conservatio fidei & consecutio finis pendeat: quem hæctenus *Filius*, ejus successor & Theologus in eadem Acad. itidem celeberrimus defendit, in Discuss. nebul., Responsionibus ad Calovii Theses Antisyncretist. Demonstratione liquidissima, Deturbatò Calovio cum Harmon. &c. Proposuit etiam in hac Academia Regiomontana quæstionem de necessitate B. O. Theologus famigeratissimus D. D. DREIERUS in der gründlichen Erörterung/ eamque affirmavit in certo sensu p. 548. 549. 551. 563. 566. 568. 569. seqq.

§. XVIII. Ex REFORMATIS Doctoribus necessitatem B. O. ad Salutem approbant ZANCHIUS lib. 5. de nat. Dei c. 2. de prædest. p. m. 459. b. *Quod idem fuerit, atque si quæramus, An opera bona causa sint æternæ salutis. Hoc altero modo non simpliciter negamus, opera causam esse salutis, nempe instrumentalem potius, quàm efficientem: Et ut causam, quam vocant, sine quâ non--- Bona opera causa sunt instrumentalis, possessionis æternæ vitæ. Per hæc enim tanquam per media, Et per legitimam viam, ducit nos Deus in possessionem æternæ vitæ -- Bona opera nullo modo dici possunt causa justificationis: quia non præcedunt justificandum, (ut præclare scribit Augustinus) sed sequuntur justificatum. Eadem verò dici rectè possunt causa æternæ vitæ instrumentalis: quatenus per illa ducit nos Deus in æternam vitam. PISCATOR in anal. c. 1. Ephes. v. 4. Hæc ipsa nostri Sanctificatio, quâ sanctè vivimus, actio Dei est, qua nos inter alios ad salutem perducit, ac proinde rationem al quam cause efficientis habet. Idem lib. 2. de justific. c. 3. p. 85. Etenim fides sola salvat ut causa instrumentalis apprehendens, apprehendendo scilicet Satisfactionem Christi, per quam Deus credentem salvat: at non sola salvat quovis modo: quia salvat etiam gratia Dei Et satisfactio Christi, sed ut cause efficientes Principales: quia etiam salvant Bona Opera, sed ut via, per quam Deus credentes ad salu-*

tem deducit. Similia habet in c. 25. Matth. obf. 16. *Bona Opera respectu vite aeternae habent rationem causae efficientis, non ut merita, sed ut via seu ambulatio; quâ ad vitam aeternam pervenitur ex ordinatione Dei --- Conscensus montis, & effossio Thesauri, rationem habent causae efficientis respectu possessionis ac fruitionis Thesauri. --- Ad paritatem rationis satis est, quod, sicut per bona Opera pervenitur ad vitam aeternam, sic per Opera mala pervenitur ad aeternam mortem. Dissimilitudo est in hoc, quod bona Opera tantum habent rationem viae, non etiam meriti: at mala opera, & via & meriti rationem habent. Idem in peculiari Disputat. defendit hanc Propositionem, B. O. esse necessaria ad salutem vol. 2. loc. 10. p. 133. Approbat Piscatoris verba BUCANUS Instit. Theol. Loc. 31. d. B. O. p. 344. Bernhardus inquit, bona Opera sunt via Regni, non causa regnandi. Nec quisquam ad vitam aeternam pervenire potest, nisi per viam bonorum operum. D. David Pareus eodem sensu confirmat, de justific. adv. Bellarmin. l. 4. c. 6. p. 1028. Falsa sunt, quod dicamus, Opera esse necessaria non nisi necessitate praesentiae. Plures enim necessitatis causas, supra exposuimus, quae ibi videantur: quod bona opera nullam omnino relationem habeant ad salutem, ne quidem ut conditiones, hoc, inquam, falsum est. Etiam si enim non habeant relationem causalem, qualis est relatio causae ad effectum, Patris ad filium: habent tamen, vel possunt habere relationem ordinis, qualem habet medium ad finem, antecedens ad consequens, conditio sine quâ non, ad effectum, cujus conditionis praesentia quidem non efficit, absentia verò impedire potest salutem &c. Discernenda igitur est relatio causalis & relatio ordinis ad salutem. Hanc operibus tribuit: illam negat Scriptura, & nos cum eâ. Proponit quaestionem quoque WENDELINUS Lib. 2. Christ. Theol. c. 4. p. 849. An opera ad salutem sint necessaria? Quaestio ab utraque parte affirmatur, sed sensu non eodem. Goclenius disp. 9. Philosoph. Theolog. Bona Opera etsi non sunt causa salutis & regni caelestis meritoria, sunt tamen via & intermedium iter ad Regnum & causa sine quâ non salutis. Ut enim desiderium carnis est mors, hoc est, aeternam mortem parit: ita desiderium Spiritus hoc est, studium sanctitatis*

Etitatis

nitatis est vita & pax, id est, causa vite & felicitatis. Non diu est, quod Catechesin scriptam vidi, in quâ proponitur quaestio: *Wie hoffest du seelig zu werden? durch den Glauben an Christum/ und durch ein heiliges Leben.* Aliorum verba, qui partim docent, bona Opera esse adjunctum necessarium ad salutem: partim causam sine quâ non, vel instrumentum: partim, bona Opera esse necessaria ad salutem, non quidem acquirendam, sed tamen retinendam & conservandam, vid. apud. *Gerhardum* in *Locis Theol. de B. O. §. 45. Menzerum* in *Exeg. A. C. art. 4. p. 190. & artic. 6. p. 270. seqq. & alios.*

§. XIX. Doctrina PONTIFICIORUM, qui necessitatem B. O. non tantum ad acquirendam & conservandam, sed etiam promerendam salutem, affirmant, constat ex *Concilio Tridentino* sess. 6. can. 9. *Si quis dixerit, sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eum sua voluntatis motu preparari atque disponi, anathema sit.* Can. 11. *Si quis dixerit hominem justificari, vel sola imputatione justitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quae in cordibus eorum, per Spiritum S. diffundatur atque illis inhareat, aut etiam gratiam, quâ justificamur, esse tantum favorem Dei, Anathema sit.* Can. 24. *Si quis dixerit, justitiam acceptam non conservari, atque etiam non augeri coram Deo per bona Opera: sed Opera ipsa fructus solummodo & signa esse justificationis adeptae, non etiam ipsius augendae causam, Anathema sit.* Can. 32. *Si quis dixerit, hominis justificati bona opera, ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum, bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam & Jesu Christi meritum, cujus membrum vivum est, sunt, non verè mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, & ipsius vitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consecutionem atque etiam gloria augmentum, Anathema sit.* BELLARMINUS Lib. 4. de justific. cap. 7. *Adversarii in eo conveniunt, quod opera bona non sint necessaria ad salutem, nisi ratione praesentiae, cujus Propositionis hic est sensus, quod bona Opera fieri debeant, quoniam alioqui*
fides

fides non esset viva ac vera, nisi fructus bonos faceret, quomodo ignis non est ignis, nisi calefaciat, tamen opera bona non habeant ullam relationem ad salutem, quasi sint merita, causa, conditiones &c. In quo distingui dicunt fidem ab Operibus, quoniam fides habet relationem ad salutem: Opera vero nullam omnino relationem habent, & ideo sunt quidem necessaria sed non ad salutem. Nos contra dicimus, opera bona homini justo esse necessaria ad salutem, non solum ratione presentiae, sed etiam ratione efficientiae, quia efficiunt salutem & sine ipsis non sola fides efficit salutem. Aliorum testimoniis haud opus est, quia communis omnium est doctrina, paucissimis exceptis. V. B. Gerbardum in Conf. Cathol. l. 2. part. 3. art. 23. c. 6. p. 1514. seqq. ubi p. 1517. argumenta Adversariorum confutat.

§. XX. Confessio PHOTINIANORUM necessitatem B.O. ad salutem ita extollit, ut, quamvis fide in Christum hominem salvari doceat, tamen mixturam fidei & Operum fingat, & obedientiam legis ab obedientiâ fidei Evangelicâ non distingvat, loco autem satisfactionis Christi, quæ fidei fundamentum est, propriam Obedientiam, i.e. observationem mandatorum Dei & Christi ponat. Imponunt enim simplicioribus eâ Verborum formâ, *sine fide neminem salvari posse in N. T.* dicentes, quia per fidem intelligunt suam illam obedientiam erga mandata Dei & Christi, huicque tribuunt, quicquid honorificum & eximium de fide in Scripturâ occurrit. Vid. *Catechismus Racoviensis*, ejusque solida refutatio à Theologis Wittenbergenfibus opposita, nec non *Feuerbornius, Stegmannus, Calovius, Meisnerus, Jac. Martini, Scherzerus*, in Scriptis Antiphotinianis. ARMINIANI tantopere urgent necessitatem bonorum Operum ad salutem, ut dicant, doctrinam nostram de gratuita justificatione avocare homines à bonorum Operum studio: nequaquam enim Opera à Christo mandata, sed legalia tantum à justificatione excludenda esse; Imò bona Opera præcedere justificationem, ipsamque vitam æternam, ut mercedem operibus debitam à Deo piis conferri, docent. Vid.

Vid.

Vid. *D. Calovius* in *Arminianismo*, c. II. & 12. & *Brochmand* System. Theol. T. 2. de B. O. cap, 2. qu. 1. & 8.

§. XXI. Conveniunt itaque *in dogmate* de necessitate B. O. *posteriores*, tam *Pontificii*, quam *Sociniani* & *Arminiani*, *affirmantes*, bona Opera necessaria esse ad salutem efficiendam & promerendam, & inter causas salutis requiri, quia sola fides absque illis salutem non efficiat. *Priores* verò, *Lutherani* & *Reformati* illi, qui necessitatem B. O. ad salutem asserunt §. 17. & 18. itidem conveniunt, *negantes*, bona Opera esse necessaria ad salutem efficiendam ac promerendam: docent enim, quod Opera nostra non possint reconciliare Deum, mereri aut consequi remissionem peccatorum & gratiam & justificationem, sed nos hanc tantum fide consequamur, & per fidem quoque adoptemur in numerum filiorum Dei & heredum vitæ æternæ. Utrique amplectuntur artic. 4. August. Confess. quod homines non possint justificari coram Deo propriis viribus, meritis, aut operibus. sed gratis justificentur propter fidem per Christum. Videantur *D. D. Calixti P. & F.* passim, *D. Dreierus* c. I. p. 545. *Pareus* c. I. ubi ex professo de justificatione adversus Bellarminum agit, *Wendelinus* c. I. & p. 44. seqq. ubi contra Pontificios disputat, B. O. non esse meritoria vitæ æternæ.

§. XXII. In aliò ergo sensu cum admittant, imò acriter defendant Autores laudati, *necessitatem B. O. ad salutem*; meritò disquiritur, *utrum in aliquò certo sensu admitti queat?* Certe ante motam hanc *Controversiam* (inquit F. C. p. 707.) *multi sinceri Doctores ejusmodi Phrasibus in explicatione Sacra Scriptura usi sunt; non autem eo animo, quod Papistarum errores confirmare vellent.* In bono itaque sensu Scripturæ congruente, accipientes hi Phrasin, à nemine accusati aut taxati sunt. Vid. *D. Dreier* p. 570. seqq. Protestatur quoque ipse *D. Georg. Major* c. I. se in doctrina justificationis *solam fidem* asserere, addens C. 2. *Denn ihr je das werdet bekennen müssen / daß durch böse Werck / niemand den Himmel / sondern die Hölle verdiene / so muß dennoch unwiedersprechlich auch das folgen / daß da keine böse Werck*

D

Werck

Werck seyn sollen/ da müssen ja gute Werck seyn/ denn der Mensch muß je nicht ein Stein oder Klotz seyn/ der weder böses noch gutes wircke/ sondern der Glaube und Heiliger Geist/ und Christus/ so in uns durch den Glauben wohnet/ sind ja in uns thätig und kräftig/ und treiben uns/ daß wir nicht nach dem Fleisch/ sondern nach dem Geist wandeln/ und allerley Früchte des Geistes wircken/ Gal, 5. Darum es unmöglich/ daß ein Mensch ohne gute Werck könne selig werden/ wie Paulus sagt/ wir werden überkleidet/ so doch/wo wir bekleidet/ und nicht bloß funden werden/ denn es unmöglich/ daß ein Mensch waren Glaube/ und nicht zugleich allerley gute Werck habe/ gleich wie die Sonne ohne ihren Glanz und Schein nicht seyn kan/ denn wo Christus und der H. Geist im Menschen wohnet/ so leuchtet solcher Glaube durch allerley gute Werck/ wie Christus selbst spricht/ lasset euer Licht also für den Menschen leuchten/ daß sie eure gute Werck sehen. Was könnet ihr hierinne straffen? und so ihr anders lehret/ so haltet ihr nicht D. Lutheri Lehre/ deren ihr euch hoch rühmet/ verhoffe aber ihr seyd das mit uns einig/ und nicht streitig. Also hoffe ich auch/ daß ihr allhie auch in dem andern Stück mit uns einig seyn werdet/ welches da ist/ daß/ wiewol wir also lehren/ daß die Werck zur Seelen Seeligkeit von nöhten/ daß dennoch solche gute Werck das nicht wircken oder verdienen können oder mögen/ daß uns die Sünde vergeben/ die Gerechtigkeit zugerechnet/ der Heilige Geist und das ewige Leben gegeben werden/ denn solche herrliche himmlische Güter sind uns (Allein) durch den Tod/ unsers einigen Mittlers und Heylandes Jesu Christi erworben/ und müssen (Allein) durch den Glauben empfangen werden/ dennoch müssen auch gute Werck/ nicht als Verdienst/ sondern als schuldiger Gehorsam gegen Gott vorhanden seyn/ davon anderswo weiter. Diese Lehre werdet ihr mir ja nicht können tadeln. Conqueritur idem, sibi injuriam fieri, quod statuerit, opera esse aliquam causam justificationis in Commonef. histor.

stor.

stor. tom. 1. oper. p. 1203. Ita cæteri quoque conqueruntur, quando accusantur, se lædere aut labefactare articulum de justificatione. Interim patet, istam Propositionem: *B. O. esse ad salutem necessaria*, non uno sensu falsam esse, quod ipse *D. Dreierus* c. l. p. 559. docet; nimirum quando ita accipitur & intelligitur 1. Bona opera, ut sunt opera Legis & fidem præcedunt, sunt ad salutem necessaria. 2. Bona Opera sunt necessaria ad justificationem, & jus adeundæ hereditatis Cœlestis. 3. B. O. ut fructus fidei, sunt necessaria ad salutem possidendam omnibus & singulis, five tempus bene operandi habeant, five non.

§. XXIII. In eò consentiunt omnes, qui contra Pontificios gratuitam justificationem defendunt, B. O. non esse ad salutem necessaria, *ut causas ac merita*, tam salutis, quam justificationis. Non autem consentiunt omnes *in sensu exprimendo*, quò *B. O. ad salutem necessitas*, admitti debet. Etenim (α) sunt qui B. O. ad salutem necessaria dicunt, *ut causa efficiens*, uti *Piscator* supra §. 18. Sed hunc terminum omnes repudiant, nec ipsemet propriè accipere videtur. (β) Alii censent, bona Opera, *rationem cause instrumentalis* in Salutis negotio haberè, uti *Zanchius* supra §. 18. *causam efficientem* non admittens. Sed quod bona Opera etiam instrumentum salutis nostræ dici nequeant, ex eo conspicuum, quod gratia Dei, remissio peccatorum, justitia & vita æterna in solo Christo Mediatore nobis proponitur; illum vero non apprehendimus nostris operibus, sed solâ fide. Hi duo sensus ab omnibus rejiciuntur. conf. *D. Dreier* p. 565. 566. 569. (γ) Alii statuunt B. O. ad salutem necessaria, tanquam *causam sine quâ non*, uti ex nostris & Reformatis Doctores nonnulli. Verum si hæc intelligatur de vera causa, influente in effectum positivè, heterodoxum omninò est; si de æquivocâ & fictâ, non influente in effectum, ambiguum est & frustrâ dictum, cum apparens causa, non possit esse salutis causa. Monent autem alii, conditiones morales effectuum moralium ad aliquam classem causarum efficientium reduci: ideò enim appellare causam sine quâ non, quia sine ejus præsentia

prædicatum de Subjecto dici nequeat. Quare si B. O. essent causa sine quâ non salutis, non potuisse Apostos, in formula sanctorum verborum, particulam exclusivam, *solâ fide salvamur, sine Operibus*, bis adhibere. D. DANNHAWERUS Hodof. p. 711. (961) *B. O. non sunt* Conditio sine quâ non, *alias Lex esset conditio Evangelii, & promissiones Evangelicæ essent Conditionatæ.* (d) Alii volunt, B. O. ad salutem esse necessaria, *ut adjunctum, & cum vera fide necessariò conjunctum*: uti refert D. Gerhardus in Loc. de B. O. §. 45. & 46. D. D. Dreierus fidem operosam & coëxistentiam Operum c. l. p. 549. 551. 566. 572. requirit ad salutem; non autem ad justificationem p. 548. init. cum utriusque tamen unus & idem modus sit. conf. D. Majoris verba §. 22. Verum non omne, quod causæ efficienti necessariò adest, ad effectum ejus quoque est necessarium. Bona Opera fidei veræ necessaria quidem adjuncta sunt; non tamen ideò ad fidei effectum, salutem necessaria sunt. Unde ab adjuncto necessariò & inseparabili ad suum subjectum valet quidem consequentia, sed ab adjuncto ad prædicatum subjecti non valet consequentia. Fides salvificat, non quatenus per bona Opera, negotiosa est, sed quatenus Christum apprehendit. Non ergò fides necessariò requirit præsentiam bonorum Operum, ut accipiat & habeat vim & virtutem salvandi: quippe B. O. non constituunt fidem veram ac vivam in suo esse, multo minus in justificando & salvando. (e) Alii B. O. necessaria ad salutem statuunt, *non acquirendam, sed retinendam & conservandam*, Vid. Tilenus, Zwinglius, Curæus, *Catechismus Marb.* apud Gerhardum in LL. §. 45. D. D. GEORG. CALIXTUS in Epit. mor. p. 3. *quemadmodum per hujusmodi sanctimonie studium fides non acquiritur, sed que acquisita jam ante fuit, conservatur: ita quoque per id ipsum (Sanctimonie) studium vita, sive jus, si ita loqui libeat, ad hereditatem vite eterne aliquando adeundam, non acquiritur, sed acquisitum, ne amittatur aut intercidat, custoditur, quin confirmatur.* Conf. D. D. Dreier p. 565. 570. Verum Scriptura conservationem Salutis non Operibus, sed Dei virtuti & fidei tribuit I. Petr. I, 5. & 9. Rom. XI, 20. conf. *Corpus*

Pruten. f. 63. a. Fides vero (& inde consequens Salus) propriè loquendo conservatur per easdem causas, per quas generatur, nempe verbum & sacramenta, quæ sunt media divinitus instituta ad fidem salvificam in hominum cordibus accendendam, roborandam, & conservandam; Sanctimoniam verò Studium ejus consequens est. (2) Alii B. O. ad salutem necessaria censent, *tanquam causa, quæ removet prohibens*, peccatum scilicet. *V. D. D. Calixtus* in Hist. Joseph. §. 9. & *D. Dreier* p. 548. 569. Verum B. O. neque peccata perpetrata remove, neque ne fiant, impedire possunt. Ex sese enim debita nec culpam admissam expiare, neque defectum peccaminosum refarcire, neque remissionem impetrare possunt, cum id gratiæ Dei remittenti, morti Christi expianti, & fidei utramque sibi applicanti competat, excludentibus omnia nostra opera. Neque hæc sunt causa impediens obstaculum remotum, scil. peccata, ne fiant: nisi impedire dicas id, quod solâ sua præsentia materialiter obstat, ne aliud contrarium, hic & nunc adesse, & eidem subjecto inhærere possit: quod tamen propriè loquendo, non est impedire vel remove obstaculum. Spiritus S. hoc opus est, qui renatos post justificationem sanctificando à malis abstrahit, ne fiant, & ad bona impellit, ut faciant. Rom. VIII, 13. Gal. I, v. 16. Conf. *D. Dannhauerus* c. 1. Falsò itaque dicuntur B. O. vel remove, vel impedire id, à quò regenerati ex Spiritus impulsu abstinere, & peccatum non committunt, non, quia bene operantur, sed, quia nati sunt ex Deo, semen ipsius in se habentes, & peccare non volentes. I. Joh. III, 9. (7) Alii B. O. ad salutem necessaria dicunt, *tanquam Conditio in subjecto salvando*, Vid. *D. D. Dreier* c. 1. & *D. Calixtus* F. adv. Harm. Calov. p. 85. Conf. *B. D. Meisnerus* Anthropol. Disp. 28. th. 20. 21. & in Theol. Photin. c. 2. extremo p. 177. & infra §. 30. Rectè hoc quidem: quoniam B. O. necessarium attributum salvandorum constituent; sed hic non quæritur, utrum salvando B. O. sint necessaria, sed, an ad salutem sint necessaria; neque de qualitate subjecti, sed de medio, sine quò salus obtineri nequit, sermo est.

Nec obstat, quod Subjectum salvandum tale dicatur à salute, & per istam determinationem ad certam formam determine- tur: nam eò ipso constat, terminum accipi, non materialiter, sed formaliter, de salvando quâ tali: Atque sic Principium, petitur. Id enim negatur, *salvando quâ tali*, B. O. ad salutem necessaria esse.

§. XXIV. Ita videmus, esse & fuisse, qui Propositioni, *bona Opera sunt ad salutem necessaria*, certum & commodum sensum, quò admitti possit ac debeat, quæ siverunt, ac tribuerunt, e- amque defenderunt; fuerunt autem quoque alii, qui, cum hæc Propositio relationem & respectum ad salutem invol- vat, eam in nullo horum sensuum admittere voluerunt, ad- ductis rationibus moti. Et quidem (ut loquitur gravissimus & ὀρθοδοξότατος Theologus, D. Chemnitius c. l. q. 7. p. 75.) non li- bidine dissentiendi, aut studio contradicendi, propter otiosas argutias, vel inanes *λογομαχίας*, sed ideò, ut articulo justifi- cationis sua constet & relinquatur puritas: utque bona O- pera renatorum, intra illos limites & terminos, quibus ipsi in Scriptura circumdati sunt, maneant, ne articulo justifica- tionis misceantur. Equidem decet Theologum, si quem- quam alium, omnia in meliorem partem interpretari; attamen quantum & quousque per veritatem licet. Ita Theolo- gorum Helmstadiensium sententiam D. D. MUSÆUS, in The- ol. Jenens. *Ausführliche Erklärung* p. 577. interpretatur, quod scilicet non sentiant, quod per bona Opera vel potius (ut a- mant loqui) sanctimonix studium, tanquam per causam fi- des & vita æterna conservetur, sed hoc velint, quod per vitæ impietatem & peccata contra conscientiam fides amittatur, & quemadmodum per hæc amittatur fides, ita per oppositum, Sanctimonix studium, quò vitæ impietas removetur, eadem conservetur, non positivè & per modum causæ, influendo in ejus conservationem, sed negativè & per modum ejus, quod removet id, quo fides excutitur & amittitur. Addit mox confirmationis loco: *Dieses ist ausser Zweifel / daß durch gott*

gott

gottlos Leben und Sünden widers Gewissen der Glaube/ und das fide acquisitum jus adeundæ hæreditatis cœlestis verlohren werden/ und ist auch dieses gewiß/ daß gläubigen Kindern Gottes/ wenn sie sich der Gottseligkeit befließen/ und für Sünden widers Gewissen hüten/ dessen sich entbrechen/ wodurch der Glaube und das ewige Leben verlohren werden/ und also im Glauben und Hoffnung des ewigen Lebens bleiben/ oder den Glauben und das daher rührende jus adeundæ hæreditatis cœlestis erhalten. Daß in der also erklärten Meynung an sich selbst nichts zu desideriren ist. Ita quoque B. D. Glassius in dem unvergreifflichen und gründlichen Bedencken/ post obitum ejus sine nomine ed. 1662. p. 78. Wenn allein Gottes Will und Ordnung/ und sonst nichts unrechtmäßiges attendiret wird/ so könne diese Rede: Bona Opera sunt necessaria ad salutem, so fern/ als irrig und falsch/ nicht verworffen werden; sondern man müsse sie als gut passiren lassen: --- Daß nicht ungewöhnlich/ es sey etwas nöhtig zu Erlangung eines vorgesezten Zwecks/ und sey doch nicht desselben Zwecks würckende Ursache oder Verdienst/ erscheinet aus Actor. XIV, 22. Ebr. IX, 16, 17. &c. B. D. GERHARDUS in Confess. Cathol. c. l. concedit bona Opera necessaria esse, non tantum ratione præsentia, sed etiam relationis ad salutem, nimirum, ut conditio salvandorum, & ut adjuncta necessaria ad subjecta. Concedit quoque accuratus ille Theologus D. HÖPFNERUS Bellarmino, B. O. in justificatis superviventibus habere relationem quandam ad salutem gloria, & causam sine quâ non, exponit de medio ordinis. p. 1022. *Non sunt, inquit, organicum medium obtinendi possessionem, sed tantum sunt conditio inter causas salutis æternæ, & inter ipsam salutem interjecta, ita, ut ratione nudi ordinis cohereat cum salute, quò respectu bona opera dicuntur ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, quasi contiguitate quâdam conjuncta & coherentia Saluti.* Heb. VI, 9, &c. Disp. XI. de justific. quos ideò pro sua sententia allegat D. D. Calixtus F. in Resp. ad Thes. Antis, conf. B. HÜLSEMANN. in Prælect.

lect.

lect. F. C. p. 604. seqq. Concedit quoque D. QUENSTED necessitatem præsentia in Syft. Theol. de B. O. p. 329. & scribit p. 330. *Si in hac Propositione; B. O. sunt necessaria ad consequendam Salutem æternam, per tō consequi, adipisci, obtinere, intelligatur oppositum negativum aut privativum, ut idem sit; quod non perdere, seu amittere eandem, sicut vivificare pro non occidere, seu vitam perdere, & contra negativa pro oppositis affirmantibus aliquando capiuntur, ut accipere mercedem, pro non perdere mercedem Matth. X, 41. tum enim sensus est; bona opera necessaria esse ad non amittendam, vel perdendam vitam æternam, quod etiam conceditur, non item, si B. O. dicuntur concurrere tanquam causa ad eam consequendam, quo in significato passim sumitur, quando dicitur, B. O. esse necessaria ad salutem consequendam. Adducit testimonii loco B. Glassius c. 1. etiam ipsius CHEMNITII verba, qui aliàs omnium maximè dissuadet & refutat propositionem, in Locis de B. O. p. 28. a. *Phrasis illa, inquit, ad salutem, non semper significat causam, propter quam quis eam accipiat, sed ordinem Dei, quibus is gradibus salutem nostram perficiat, & quomodo aliud ex alio sequatur: sicut Rom. VI, 22. dicitur: Quod finis peccatorum sit mors; finis autem sanctificationis sit vita æterna: non quod sanctificatio nostra sit causa vite æternæ: nam mox v. 23. additur: Donum Dei est vita æterna, sed quod hos gradus conversionis tandem vita æterna sequatur. &c.* Sed quæ mens ejus sit vid. apud Hülsemannum prælect. in F. C. pag. 604.*

§. XXV. Sed iidem tamen Autores, & qui Propositionem nostram defendunt, & qui certò sensu admittunt, ob causas mox recensendas, ab eâ abstinendum esse, unanimiter consentiunt. CHEMNITIUS totus in eo est, ut ostendat, propositionem illam non fervare formam sanorum verborum, & cum ipsis fidei fundamentis pugnare. Unde nec in citato jam loco utitur verbis, *esse necessarium ad salutem*, quia cum Majoribus & Præceptoribus suis persuasus fuit, tō necessarium ad aliquid importare causam aut meritum. V. in Locis Th. de B. O. q. 4. c. 3. & seqq. tract. q. 6. p. 68. seqq. D. GERHARDUS

DUS

DUS LL. Th. de B. O. §. 46. ait. *Secuti τὸ ἐνωτικόν, judicamus ab illa propositione, velut ad ὑποτύπωσιν ὑγιαίνόντων λόγων non satis congrua, abstinendum esse, cujus assertionis fundamenta producemus.* GLASSIUS c. l. p. 79. Ob gleich diese Rede einen guten Verstand auff gewisse Maß hat/ so sol man doch dieselbe in öffentlichen Brauch nicht bringen; umb Ursach willen/ weil sie wegen ihrer ambiguität in Form. Conc. Corp. Jul. und andern Confessionibus publicis und libris Symbolicis zugebrauchen verbohten/ auff welche Symbola gleichwol Doctores, Professores und Kirchendiener endlich verpflichtet. Similitet D. MUSÆUS c. l. p. 578. *Quamvis verò hoc sensu phrasis forsitan tolerari possit, ob ambiguitatem tamen, & quod facile alium oppositum sensum lectoris intellectui ingerere possit, ab eâ merisò abstinendum.* Ex Reformatis D. PAREUS de justific. adversus Bellarm. p. 930. seqq. *Wittebergenses eam phrasin pacis causa admittendam censuerunt, non satis observantes Pontificorum insidias --- Jenenses paulo cautiores phrasi eâ abstinendum duxerunt --- ad vitandum scandalum, & erroris periculum. Quâ in parte facile nos eis subscribimus. Quid enim juvat cum sophisticis periculosè loqui, postea glossis incrustare: cum non desint phrasés tutiores, quibus perspicuè, & veram Scripturæ sententiam exprimamus, & falsum Sophistarum sensum caveamus?* SOHNIUS t. 2. Exeg. A. C. p. 800. *Quia Propositio illa hoc tempore parit contentiones & quibusdam præbet ansam cavillandi, à Pontificiis verò in malam partem rapitur, atque eos in opinione de merito bonorum Operum confirmat, non est eâ utendum.* Ipse D. CALIXTUS protestatur diversis in locis, se hac phrasi nunquam usum esse, nec uti imposterum velle ob ambiguitatem & alias certas causas. Monet tamen B. Glassius c. l. p. 73. id intelligi de Subjecto propositionis. Quæ ejus mens fuerit, Filius exponit in Demonstr. liqu. p. 199. & scribit in Resp. ad Thes. Antif. p. 124. Si res ipsa cum Gerharo & Höpfnero ipsius Parenti concederetur, de phrasi & totidem verbis, *B. O. sunt necessaria ad salutem usurpandis aut*

E.

omit-

omittendis non difficile foret convenire. *Possimus, inquit, ex Scriptura equipollentes locutiones adhibere.* Idque exemplo proprio confirmat in Calov. deturb. cum Harm. p. 84. *Nos phra- si illa nunquam utimur, sine addito justo temperamento, sensum heterodoxum sufficienter excludente: Nempe dicimus; Bona à Deo mandata opera, adultis jam per solam fidem justificatis, ad finem fidei, qui est salus animæ, consequendam, necessaria esse, non ut causam meritoriam vel impulsivam, sed ut Conditionem subjecti à Deo requisitam &c.* Et in hac Academia Regiomontanâ D. D. Dreierus approbat intentionem F. C. & C. Pruten. p. 562. Weil denn diese Proposition die guten Werck sind nöhtig zur Seeligkeit/ auff so mancherley Weise falsch seyn kan/ und gar einen Kezerischen Verstand haben/ auch den betrübten Gewissen allen Trost benehmen. Dannenhero gehen so behutsam hiebey unsere Kirchen- Bücher/ daß sie diese Art zu reden nicht einmahl dulden wollen/ wenn man sagt/ die guten Wercke sind nöhtig zur Seeligkeit/ dieweil man nehmlich dadurch dem Artickel von der Rechtfertigung allein durch den Glauben Abbruch thun könnte/ wie das Corpus Prutenicum Loc. de justificat. p. 82. hievon redet: *Interim ex papisticis illis lacunis moveri cæpit Disputatio illa de bonis operibus, quod etiam ad salutem sint necessaria, unde in quasdam Ecclesias hæ corruptele in- vectæ sunt: Quod justitia fidei habeat duas partes, in quibus consistat, & quibus perficiatur, nempe reconciliatione & renovatione. Item promissionem gratiæ applicari fide cordis & confessione oris. Imò eæpum fuit disputari, an dimicandum de particula, Sola, in articulo justificationis.* Solches zu verhüten wil das C. P. daß man von der Art zu reden vielmehr abstehe/ wie auch die Formula Concordiæ de B. O. p. 590. Welches man billich auch in acht zunehmen hat/ weil wir zu dieser Zeit am meisten wider das Papstthum für die Lauterkeit der Lehre von der Rechtfertigung zu streiten haben. Concludit quoque totam quæstionem de necessitate B. O. ad salutem his verbis p. 575.

Was

Was aber die Phrasin und modum loquendi anlanget/ weil man den bißhero erkläreten Verstand/ auch wol mit andern Worten an den Tag geben kan/ daß man alte und neue Hezereyen vermeynde/ weil auch die Art zu reden so viel falsche Deutung haben kan/ und dadurch dem Artickel von der Rechtferrigung zu dieser Zeit sehr nachgestellet wird/ ja weil die Schrift und die alten Kirchen-Lehrer mehrentheils hier andere Wort gebrauchen/ wenn sie obgedachten Verstand andeuten wollen/ ist sehr gut/ daß man die Phrasin auch nicht leicht gebrauche/ sondern den rechten Catholischen Verstand mit andern Worten anzeige: und das wollen unsere Kirchen-Bücher und nichts mehr/ dabey bleibts.

§. XXVI. Videmus itaque ex his, & illos Theologos, qui nullô respectu aut modo, & illos, qui aliquo modô ac certo sensu (saltem ut conditio ex parte hominis salvandi requisita) bona Opera ad salutem necessaria dicunt, in hoc unanimiter consentire, fatius esse, ut à phrasi ac forma loquendi abstinenceatur. Et certè rationes quoque sunt gravissimæ, eæque non paucæ, cur illa propositio tum quoad phrasin, tum quoad rem & sensum, rejiciatur, damnetur, atque ex Ecclesiâ eliminetur: ex quibus sequentes in scriptis nostratium passim obvias, contractas exhibeo. (1) *Quia ἀναγκαῖον ἐστὶν*, & in totâ sacrâ Scripturâ cum hac additione (*ad salutem*) non legitur. Nullibi bonis operibus aut studio pietatis in Scripturâ attribuitur consecutio vitæ æternæ, sub istô modô, *necesse est, opus est, oportet*: neque verbis æquipollentibus ulla talis necessitas usque describitur. (2) *Quia ἀντίρροπον ἐστὶν*, & *formæ sanorum verborum*, imprimis Pauli Apostolicis pronunciatis, è diametro adversatur; asserit enim, ei, qui fide, sine Operibus justificatus est, ad salutem bona Opera esse necessaria, adeò ut impossibile sit, beatitudinem esse alicujus hominis sine operibus. Paulus verò omne id, quod vim consequendi, assequendi, obtinendi salutem habet, prorsus adimit

operibus, & soli fidei tribuit. Rom. III, 28. c. IV, 6. IX, 30. 32. XI, 6. 7. Tit. III, 16. (3) *Quia legem & Evangelium confundit*: Per hoc enim Lex & Evangelium præcipuè distinguitur, quod non ex lege, sed ex Evangelio nobis salus obtingit. Si verò bona Opera sunt ad salutem necessaria, promissiones Evangelii non amplius sunt gratuita, sed conditionales, quâ ratione lex & Evangelium confunduntur. (4) *Quia alias justificationis, & alias salvationis causas facit*, quæ tamen in propriâ sede doctrinæ de justificatione eadem à Paulo constituuntur. Nam, quò modò justificamur, eòdem & non aliò modò salvamur: stante identitate causarum justificationis & salvationis, uti firmissimè stabit, non possunt bona opera, inter causas salutis referri, quia non possunt inter causas justificationis referri. Utitur hoc argumentò & F. C. propter identitatem modi justificandi & salvandi. (5) *Quia repugnat ac detrahit veris causis ac mediis salutis nostræ*, & bona Opera tanquam causas, media & conditiones adjungit & efficit. In Scripurâ causæ salutis proponuntur, Dei misericordia & Christi meritum, & ex parte nostri fides. Si autem sola Dei gratia & meritum Christi, tanquam causæ, & fides, tanquam medium, sine ullo opere, sufficiunt, & tam jus ad vitam æternam, quam ipsum ejus exercitium, fruitionem conferunt; bona Opera minimè necessaria dici possunt ad salutem. Equidem It. Ass. n. 37. D. HORNEJUS. *Necessarium est, inquit, ad salvationem, quod non necessarium est ad justificationem e. g. renovatio & sanctitas vitæ.* Et D. D. CALIXTUS F. cont. Harm. Calovii p. 103. *Non omne necessarium ad finem, statim esse necessarium necessitate causæ, sed, potest esse necessarium necessitate, vel coexistentiæ, vel mediis, vel ordinis. Nihil igitur impedit, quo minus iisdem existentibus justificationis & salutis causis, aliqua sint necessaria ad salutem, quæ non sunt necessaria ad justificationem.* Sed aliter judicat BELLARMINUS I. 4. de justific. cap. 7. *In ejusmodi propositionibus, quæ per modum necessitatis offeruntur, semper exprimi relationem causalem.* Ap-
pro-

probat D. D. SCHERZERUS in System. p. 469. *Id quod, ait, (si subjectum propositionis ad predicamenta ἐπεϋνητικά pertineat, qualiter se habent B. O.) omnino verum est: v. g. diligentia necessaria est ad eruditionem: motio necessaria est ad sanitatem: virtus necessaria est ad beatitudinem civilem, &c. Ubi causalem inter extrema nexum esse, nemo non videt. Quomocunque pallietur, ex nativa significatione & familiari usu non nisi hæreticum sensum habet, quod pluribus ostendit Voëtius, omnia ultra- ac cismarinorum Logicorum scrinia excutiens in Thersite Heautontimorum. Sect. II. cap. II. à fol. 126. seqq. quem omnino videas. conf. omnino B. D. HULSEMANNUS in Prælect. F. C. p. 602. seqq. (6) Quia conscientis veram consolationem eripit, & dubitationem ingerit: Siquidem certitudinem fidei nostræ, quâ in solâ Dei misericordia acquiescimus, incertam reddit, & conscientias perturbatas & sensu iræ divinæ contritas, dubitare facit, num sat habeant bonorum operum, quæ ipsis ad salutem necessaria dicuntur. Conferantur D. Dreieri, verba §. præced. (7) Quia adversariis pallium & occasionem, tum suspicionis, tum scandali præbet. Hoc certum est, adversarios non parum in suâ sententia confirmari, iisque contrariarum expositionum varietate pallium subministrari, sub quò errores suos occultare possunt. Occasio quoque illis datur tum cavillandi, tum finistrè de nobis suspicandi, ac si ad illos transire, vel ad eorum partes inclinare velimus. vid. supra §. 15. Præbetur etiam auditoribus & lectoribus scandalum, vel saltem materia, per moralem probabilitatem, præsumendi scandali passivi, ut probat D. D. Scherzerus in System. Theol. p. 469. seqq. Plura qui velit, adeat D. Hutterum in F. C. p. 441. seqq. Gerbardum c. I. in LL. Brochmannum Syft. Theol. T. 2. art. 25. c. 2. q. 4. D. Hülsemannum in Breviar. & scriptis variis contr. Hornejum de hac materia: D. Calovium in Harm. Calixtino-Papistica c. 8. D. Scherzerum Colleg. Antifocin. disp. 89. imprimis Chemnitium part. 3. Loc. Theol. de B. O. c. 3. p. 24. seqq. & in Controv. de Operibus renatorum.*

§. XXVII. Atque ob has & alias plures rationes, propositio ista, tanquam heterodoxa, imò hæretica, jam superiori seculo in Papistis & Majoristis rejecta & condemnata est, ab Orthodoxis Ecclesiæ Lutheranæ Doctoribus, in Colloquio Altenburgensi, in F. Concordiæ, Corpore Prutenico, Julio &c. Etenim F. C. p. 589. *Credimus, docemus & confitemur: quod B. O. penitus excludenda sint, non tantum cum de justificatione fidei agitur, sed etiam cum de salute nostra aeterna disputatur &c. Et p. 704. Diligenter in hoc negotio cavendum est, ne B. O. articulo justificationis & Salutis nostræ immisceantur. Propterea merito hæ Propositiones rejiciuntur: B. O. fidelibus necessaria esse ad salutem: ita ut impossibile sit, sine B. O. salvari: quia simpliciter pugnant cum Doctrina de particulis exclusivis in art. justificationis & salvationis. --- Et Propositiones illæ de necessitate B. O. ad salutem) perturbatis & afflictis conscientis veram Evangelii consolationem eripiunt: Occasionem præbent dubitationi de gratiâ Dei: multis modis sunt periculosa: presumptionem & falsam opinionem de propria justitiâ, & fiduciam propria dignitatis confirmant: à Papistis acceptantur, & ad ipsorum malam causam fulciendam adducuntur. Quin etiam formæ sanorum Verborum repugnant. --- Sed & D. Lutherus has Propositiones rejecit atque damnavit Primò quidem in falsis Apostolis, --- deinde in Papistis postea etiam in Anabaptistis Postremò in suis hominibus, qui hanc glossam in medium adducebant: si maxime B. O. tanquam ad salutem necessaria requiramus, tamen non docemus, quod bonis operibus sit confidendum. Quare ex jam commemoratis causis in Ecclesiis nostris meritò hoc ratum, certum, & fixum esse debet: quod phrasæ seu Propositiones illæ, de B. O. ad salutem necessariis, non sint docenda, defendenda, & pingenda, sed potius ex Ecclesiis nostris, ut falsæ & non sincere explodenda atque rejicienda &c. Repetitio C. Pruten. f. 61. Si puritatem Doctrinæ articuli justificationis retineri, & illâ ipsâ potissimâ Doctrinâ nos à Regno Anti-Christi --- sejunctos esse cupimus, ipse necessitas flagitat, ut propositiones istæ ex firmis ac perspicuis Scripturæ fundamentis refutentur & damnentur.*

nentur.

*nentur. Quod facile, planè, & perspicuè fieri potest, si status controversiæ retineatur, sicut ab ipsis propositionum harum Patronis ponitur, quando conantur ostendere, se à sententia Papistarum quam longissimè abesse. Dicunt enim Propositiones illas (quod B. O. ad salutem sint necessaria, & quod impossibile sit quemquam sine Operibus salvari) intelligendas esse, non de justificandis, sed de justificatis, quod illis scilicet, qui fide propter Christum justificati sunt, adhuc Bona Opera ad salutem sint necessaria, ita ut impossibile sit, illos sine operibus salvari. Quod si verum est, necesse erit, aliam esse viam & rationem, quâ justificamur, & aliam, quâ salvamur, ita ut propter Christum solâ fide sine operibus possim quidem justificari, non autem sine operibus solâ fide possim salvari, & ita justitia in Christo erit sine salute. --- Planum itaque est, Propositiones illas de necessitate B. O. ad salutem, pugnare cum formâ sanorum verborum & cum August. Confessione. Corpus Doctrinæ Julium pag. 94. Das aber wäre falsch/ wo jemand hieraus wolte diß folgen und schliessen/ daß der Glaube/ wo er solle gerecht und selig machen/ nöthwendig müsse bey und mit sich haben die gute Wercke/ oder daß die Gegenwertigkeit der guten Wercke für G. D. t. / oder dazu von nöthen seyn/ daß der Glaube uns möge für G. D. t. gerecht machen / als könnte er solches ohne die Wercke nicht verrichten. Et pag. 98. Auff daß aber unter dem Schein solche Ursachen/ die guten Wercke nicht zugleich auch in die beyde Haupt/ Artickel der Gerechtigkeit und Seligkeit/ mit ein geschoben und eingemenget werden/ sol vermieden und verworffen werden/ diese Proposition und Rede daß gute Wercke zur Seligkeit nöthig seyn/ al. o. / daß es unmöglich sey/ ohne gute Wercke selig zu werden. Denn wie solche Proposition und Rede beyde wider die Apostolische Lehre von der Seligkeit/ und wider das Fürbild der heilsamen Wort streite/ haben wir im vorgehenden Artickel angezeigt. So ist auch wis-
sents*

sents

senlich/ daß Lutherus dieselbige Proposition verworffen und verdammet hat. -- Tom. 2. Wittenb. f. 325. Die Kottengeister gehen auf schlipfriger Bahn / da sie sagen/ Ey man sol ja den Glauben auf die Wercke nicht setzen / aber man sol und muß sie Dennoch gleichwol haben/ als nöthige Dinge zur Seligkeit. Confer. B. LUTHERUM in Genes. cap. 15. T. 6. Witteb. f. m. 177. & 178. & cap. 22. f. 288. b. ubi scribit: *Negativa hæc est. Non sola fides justificat, sed fides conjuncta operibus. At huic propositioni calidam declarationem sive limitationem addunt. Licet exigamus opera tanquam necessaria ad salutem, inquirunt, tamen non docemus, confidendum operibus. Est satis astutus Diabolus, sed nihil agit, tamen si fucum imperitis & rationi faciant. Vide sequentia, ubi f. 289. a. Non negamus nos, facienda esse opera. Sed hoc improbamus, quod adversarii commiscent fidem justificantem, & opera justificatorum per fidem. Benè quidem conveniunt, & sunt connexa inseparabiliter fides & opera. Sed sola fides est, quæ apprehendit benedictionem. Ideò solam fidem justificantem predicamus &c.* B. HIERONYMUS WEL-
 LERUS sup. Evang. Dom. 3. Trinit. Man sol die keinesweges hören in der Kirchen Gottes / welche streiten / daß gute Wercke zur Seeligkeit nöthig seyn / oder eine causa sine qua non. --- Und ob man dieser Rede: Gute Wercke sind nöthig zur Seligkeit / irgend mit einem Glöcklein helfen wolte / als daß der Glaube nicht ohne gute Wercke seyn kan; so soll mans doch in der Kirche nicht leiden / denn damit zerstöret man die fromme Herzen / und bringet sie in Verzweifflung. Denn es gläubet kein Mensch / was solche Paradoxa und Widerreden für Schaden in den Gewissen thun / darum nur hinweg damit. D. HEER-
 BRANDUS in Compend. Theol. Loc. de justific. p. 471. *Quid excludit particula sola? Non tantum opera à causâ justificationis efficiente, dignitate, ac merito: verùm etiam à causa sine qua non, atque adeò, ab omni necessitate presentia, in actu justificationis. Nam sine o-*
peris-

operibus peccator in Christum credens, justificatur. Aliàs semper esset incerta, & ita dubitandum. Soli igitur Fidei, tanquam instrumento quò Christus apprehenditur, quaque ipsum intuetur, eoz nititur, laudem justificationis adscribimus. --- Quam primum autem fides se ad opera convertit, turbatur & vacillat. Talia nostrorum DD. testimonia vel innumera hic exhibere possem. Conf. D. Schnepsum Disp. de B. O. Jenæ 1555. hab. propos. 23. & D. Job. Wigandum Disp. de B. O. Jen. 1571. ubi inter alia propos. 96. Neque hoc commentum probandum est, quod B. O. concurrant in justificatione, eaque ratione sint pars justitiæ coram Deo, vel si non sint aliqua causa, vel pars justitiæ illius, tamen saltem necessitate præsentia sint necessaria, ut sine ipsis justitia non detur, nec dari possit. Propos. 99. Lutherus inquit: Fides nisi sit sine ullis, etiam minimis operibus, non justificat, imò non est fides. Propos. 102. Antichristi sponse seu furie sunt istæ 3. propositiones: Bona opera sunt ad salutem necessaria &c. Propos. 108. Glossæ & interpretationes partim ineptæ & insulsæ, partim impie sunt. --- Prop. 117. seq. Nec admittitur cavillum. Non intelligitur de merito aut causa salutis. Ergò aliàs tolerari potest. Nam ipsa verba sicuti jacent, sunt impia, & simpliciter, ut Lutherus etiam fecit, rejicienda & damnanda: Quidquid enim necessarium est ad aliquam rem, id ejus est vel efficiens, vel materia, vel forma. Sed B. nostra O. sunt necessaria ad salutem & justitiam, juxta ipsorum verba. Ergò B. nostra O vel efficiens, vel materia, vel forma sunt nostre coram Deo justitiæ & salutis. Nequaquam igitur satis est, coram Ecclesia Christi dictitare: Nolumus usurpare hanc propositionem, quia nonnulli meritum in eâ intelligunt, Imò in verbis ipsis, sicuti sonant, revera ac naturaliter, ut sic loquar, inest meritum, ut apparet ex syllogismo. Et omnes Pontificii, quorum fuit & est hæc propositio, id profitentur, sicut ratio verborum id necessario complectitur. Et sunt mere ludificationes, indignæ Theologis, seriò Deum timentibus, simulare sese nolle uti hac propositione,

Et tamen interea defendere, quod sit vera & consentanea verbo Dei, ut jam etiam quidam factitant. Ergò dilucidè hoc impium dogma, hæc falsa verba, si candidè volunt quidam retractare sententiam, & Deo gloriam, & Ecclesie puritatem doctrina restituere, rejici & damnari oportet. Sin minus, hæreant autores & patroni in pice post tot commonefactiones, & Deo rationem reddant. Vid. quoque D. Menzerus Disp. 13. in tom. 3. Dispp. Marp. D. Meisnerus in Disp. de Justificantis fidei forma th. 28. 30. 31. 37. 41. 42. 46. 47. Inprimis B. Lutherus ad Gal. passim, & c. 5, 6. f. m. 408. t. 5. W. Item Flacius lib. de Justific. p. m. 157. seq. & Decretum Synodi Isnacensis ann. 1556. ibid. pag. 191. seqq. B. D. Hopfnerus Disp. 1. de Justific. p. 16. scribit: *Enunciationem, solâ fide absque operibus, justificamur & salvamur, agnoscimus pro nostrâ, quia & salus gratiæ & salus gloriæ finis est justificationis. Quod verò enunciationem, B. O. necessaria sunt ad nostram salutem, attinet, ambiguè dicitur, B. O. esse necessaria ad salutem: vel improprie, quoad nudum antecessum ordinis, quo requiruntur opera in salvandis: vel proprie, quoad causandi rationem quandam in actu salvationis. Prior sensus notat, opera necessario quidem coherere cum fide salvificâ, quæ per illa ostenditur; non tamen ad salutis essentiam pertinere, sed subjectum salutis describere à signo salvationem antecedente. Atque ita opera non ad salutem, sed ante salutem sunt necessaria in iis, qui salvantur. Ad salutem enim id proprie necessarium est, quod est causa, salutem efficiens, vel organum, per quod salutifera Christi justitia apprehenditur, ut salus existat & obtingat. Neutrum operibus convenit: quia fides sola est medium ἀντιληπτικόν; opera verò ista sunt fructus fidei salvificæ: Multo minus autem sunt causa, salutem vel efficiens, vel promerens, vel applicans, & adjuvans; sed tantum salvandorum antecedens nota, & describunt subjectum salvationis, juxta dictum Hebr 12, 14. Sine sanctimonialia nemo videbit Deum, i. e. nemo per fidem in Christum salvus erit sine fructibus fidei; quia ubi non sunt fidei fructus, ibi non est fides ipsa, per quam salvamur.* Atque hoc improprio sensu

su

su Philippus eam enunciationem usurpavit: Pontificii autem & Anabaptistæ eandem accipiunt propriè. --- Quapropter Lutherus ad declinandum seductionis periculum ex professo istam rejicit. &c. vid. plura ibidem, & c. 4. Disp. XI, p. 1020, -- 1034. Item Hülsemannus in brevi instruct. aph. 2. seqq.

§. XXVIII. Demonstratâ itaque heterodoxia illius propositionis, facilè colligere licet, quàm prudenter & caute Ministri verbi articulos fidei in Ecclesiâ proponere debeant, ne scandala & perturbationes animorum exoriantur. Vitandæ itaque & cavendæ sunt illæ propositiones in publicis cœtibus: Die guten Werck sind nöthig zur Seeligkeit. 2. Niemand ist ohne gute Wercke seelig worden. 3. Die guten Wercke sind nöthig zur Seeligkeit / als eine Eigenschafft des Glaubens. 4. Die guten Wercke sind nöthig die Seeligkeit zu behalten und zu bewahren &c. ne Papisismus invehatur. Item 5. Die guten Wercke sind frey. 6. Die guten Wercke sind nicht nöthig zur Seeligkeit / nudè ac simpliciter adhibita. 7. Die guten Wercke sind schädlich zur Seeligkeit: ut Libertinismus & Epicureismus declinetur. Atque ut regia illa veritatis via inter hæc duo extrema, Papisimum & Epicureismum, teneatur, duo Concionatori probè observanda sunt: (α) ut, quando necessitatem operum ad salutem improbat, statim addat commonefactionem, ne talis antitheses vel expressè constituantur, vel tacitè probetur, quasi justificatis B. O. simpliciter non sint necessaria. (β) Ne doctrina de B. O. eorumque causis quocunque modo impingat in articulum justificationis, utpote cui sua puritas salva & integra constare debet. Ideò frustrâ, imò periculosè & insidiosè de loquendi formulis in Ecclesiâ tentatur conciliatio, quæ cum periculô & depravatione ipsarum rerum conjuncta est. Equidem aliud est posse aliquid dici inter doctos, qui uni orthodoxæ Religioni sunt addicti, certâ adhibitâ explicatione; aliud, debere illud in Ecclesia proponi & recipi. Hic prudentiâ Doctorum

opus est, juxta I. Cor. VI, 12. X, 23. *Omnia enim fieri debent ad aedificationem.* I. Cor. XIV, 16. Ut moderati animi est, piè cum Ecclesiâ credere, ita ejusdem est, concorditer & commodè cum eâdem loqui. Qui veteres limites transfiliunt, & data operâ novas phrasas & formulas jam condemnatas invehunt, defendunt, & suas sententias incrustant, illi Pacem Ecclesiasticam tollunt, quam sectari debebant, conscientias teneras turbant, & bella haud necessaria in Ecclesiâ excitant, vel hoc nomine bonis omnibus inveni. Confer CHEMNITIUM *c. I. in Controv. de Operibus renat. p. 82.* HÖPFNERUM *Disp. I. de Justif. p. 40.*

M. III. DE NECESSITATE ORDINIS
AC FINIS B. O.

§. XXIX. Ultimo locô vera causa necessitatis B. Operum (falsâ rejectâ) ostendenda est, quæ cum multiplex sit, uti ex nostratium Scriptis constat, ordine distribuemus. Apologia inquit: *Sunt facienda Opera propter mandatum Dei: item ad exercendam fidem: item, propter confessionem, & gratiarum actionem.* Sed plures sunt fines, ob quos necessariò facienda sunt. Vid. *Urbanus Regius* in lib. de formulis cautè loquendi: *Philippus* in Locis Theologicis: *Chemnitius* in Controv. de operibus Renatorum. p. 84. Ubi ex beato Luthero B. O. causas veras collectas exhibet, & simul monet, duo in hac parte doctrinæ cavenda esse, 1. ne causæ sive impulsivæ, sive finales B. O. ulla ex parte impingant in articulum justificationis. 2. ne generetur inde supercilium Pharisaicæ Superbiæ &c. Nos ad duas classes referemus omnes, nimirum ad *ordinem divinum*, & *fines*, quos respiciunt.

§. XXX. ORDO DEI hic est, ut omnes salvandi *per viam bonorum Operum*, & *per multas quoque tribulationes*, in regnum Cælorum ingrediantur. Sed aliô sensu vocula PER accipienda est, quàm in Apostolicis effatis: *nos per fidem justificari; per fidem salvari.* Nam in his notat *causam instrumentalem* ejus generis, quô instrumenta quædam accipiunt aliquid,

quid,

quid, uti manus mendici eleemosynam accipit; ibi verò u-
 furpatur τρυματικῶς ordinaliter; non αἰτιατῶς seu causaliter,
 notatque medium tantum viæ, seu ordinem antecessus &
 consequentiæ, uti in illo 1. Tim. 2, ult. *Mulier per generati-
 onem salvabitur*: non, quod generatio sit causa salutis, sed
 quod sit is ordo divinitus institutus, & quod mulier in statu
 generationis antecedente salvetur. Scitè Bernhardus lib. de
 grat. & arbit. sub. fin. tom. 2. f. 154. b. *Bona Operâ via Regni, non
 causa regnandi sunt; ut occulta prædestinationis indicia, & futura
 felicitatis præfagia.* Quorum verborum sententiam indicare
 videtur noster Chemnitius in Loc. de B. O. in argum. advers.
 class. 9. p. 103. b. quando scribit: *Ad possessionem regni sive manife-
 stationem Deus heredes suos justificatos, in hujus vitæ curriculo cer-
 to modo & ordine Spiritu suo deducit: quod Scriptura vocat ambula-
 re in via Domini, per patientiam scilicet in cruce, & per studium pie-
 tatis seu bonorum operum, in cujusque vocatione; Terminus ad quem
 est vita æterna, quæ gratis per fidem datur.* Intra hos duos ter-
 minos, studium pietatis, tanquam via intermedia continetur,
 in quâ salvandi ambulare debent, antequam finem fidei suæ,
 seu vitam æternam consequantur. Vid. Meisner. in Theol.
 Photin. p. 177. Höpfner. Disp. I. de justific. p. 37. & 113. seqq. Hic
 itaque ordo pro salvandis institutus est, ut, ratione ordinis,
 B. O. præcedant vitam æternam, uti quietem præcedit labor,
 & luctus risum, juxta illud Rom. VIII, 17. *Heredes sumus Dei,
 & Coheredes Christi, si tamen compatimur, ut glorificemur.* II. Tim.
 II, 11. *Si commortui sumus & convivemus, si sustinebimus & conre-
 gnabimus.*

§. XXXI. At, non licet statim inde argumentari; B. O.
 sunt via & medium, ergò sunt via & medium salutis consequenda.
 Nam media non sunt unius generis: siquidem alia nudum
 antecessum ordinis notant, & inter causas rei, & rem ipsam
 tantum interjecta sunt: alia vero sic antecedunt rem, ut cau-
 sæ alicujus rationem habeant, à quâ res illa pendeat: e. g.
 Evangelium, cui fides infistit, dicitur medium & via salutis,

Act. XVI, 17. & via Pacis Luc. I, 29. & Christus est via Johan. XIV, 6. & fides in Christum est medium salutis Rom. III, 25. & bona opera sunt via & medium salutis: si quidem per viam B. O. quam Deus paravit, ut in iis ambulemus, fideles perveniunt ad salutem æternam Eph. I, 4. c. II, 10. I. Cor. VI, 10. Omnia enim media in viâ Christianâ, sunt ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, conjuncta & quasi contigua salutis, ut loquitur Apostolus Heb. VI, 9. sed diversimodè. Etenim Evangelium est medium offerens salutem: Christus est Autor salutis, morte & sanguine nobis promerens: Fides est causa organica, Christi meritum recipiens & applicans: Bona opera verò se habent ad salutem, ut nudum antecedens se habet ad suum terminum, Rom. VI, 22. vel ut signum ad signatum Phil. I, 28. II, Thes. I, 5. ordine posterius; non autem ut causa organica, multominus meritoria ad suum effectum. Sunt medium ordinis, seu nudi Antecessus, inter causas salutis & ipsam salutem interjectum: uti crepusculum est medium inter diem & noctem, & binarius est medium inter primum & tertium, & virtus medium dicitur non participationis de duobus extremis, sed comparationis inter duo extrema. In hoc sensu atque significato concedimus; bona Opera in justificatis superviventibus habere relationem quandam ad salutem, sed relationem ordinis tantum seu nudi antecessus, juxta illud Petri II. Ep. I, 8. *Hæc si vobis adsint, non vacuos vos destituent in Domini nostri Jesu Christi agnitione. Nam cui hæc non adsunt &c.* Et v. II, *Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum Regnum.* Concedimus B. O. necessitatem in justificatis, quatenus justificatio continuatur, & post illius continuationem salus gloriæ obtinetur, sed tantum ratione talis præsentis, ut sint signa fidei, justificationem continuantis, siquidem illa non tantum ad justitiæ initium, sed etiam ad totam, ac eam, quæ semper coram Deo valet, justitiæ imputatur, quæ non ex fide in opera, sed ex fide in fidem obtinetur Rom. I, 17. Concedimus hoc sanò sensu & intellectu

lectu

lectu in Propositione, *B. O. esse necessaria ad consequendam salutem*, terminos, *medium, relationem, causam sine quâ non*, saltem inter doctos, admitti posse, qui in re ipsâ consentiunt, *salutem fide solâ per Christum obtineri*. In quô sensu, qui tamen improprius est, hi & similes termini, supra à quibusdam adhibiti §. 18, 23, 24, 26. accipi & exponi posse videntur, si mens autorum permittat. Verùm cum termini sint ambigui, & vocabulum *medii*, præter significatum, quo nudum antecessum ordinis (quem tantum asserimus) notat, etiam de medio ad finem moralem usurpetur, communiterque sonet causam efficientem moralem, & causam per se, non per accidens influentem: & terminus, *conditio (causa) sine quâ non*, præter nudam cohærentiam, & medium ordinis, quod nos tantum admittimus, etiam causam impulsivam, & causam organicam notet, per quam, velut organum dativum, datur, vel ut organum apprehensivum, accipitur aliquid; Bona Opera autem non sunt medium apprehendendi rem, per quam salvamur, & obtinemus jus adipiscendi salutem, non medium organicum obtinendi possessionem vitæ æternæ; sed tantum conditio inter causas salutis & ipsam salutem interjecta, ita ut ratione nudi ordinis cohæreat cum salute: ideò consultius est, ut ab illis, propter ambiguitatem, abstinemus, & aliis phrasibus ac terminis rem exprimamus, ne videamur bonis operibus aliquam causalitatem ad salutem tribuere. *D. Grauerus* in A. C. p. 871. *Non admittitur hæc phrasîs: B. O. esse necessaria ad salutem; quia, quomodocunque modo accipiatur, pugnat cum Scripturâ*. Conf. *V. M. R. D. D. Baier* Fautor ac Frater in Christo venerandus, in *Comp. Theol. Pos.* p. 586. Ubi de propositionibus *Amsdorfianâ* & *Majoristica* scribit: *Ab utraque meritò abstinendum est. Quicquid enim fit de interpretationibus aut explicationibus, quibus alterutra aut utraque in commodum sensum trahi posse putetur; certum tamen est, ambiguas ac pridem suspectas, & tanquam dissidiorum ac scandalorum semina, rejectas fuisse.*

§. XXXII. FINIS Bonorum Operum multiplex ac varius est:

est:

est: licet enim ideò non sint facienda, ut per ea salutem consequamur, plures tamen sunt causæ tam impulsivæ, quam finales, ob quas necessariò juxta legem ea præstare salvandus sive consecuturus salutem debet. Atque ideò salvando quoque B. O. sunt necessaria, non, ut per ea salutem consequatur, sed ut fines eorum assequatur, nempe, ut Deo suam declaret obedientiam, gloriam ejus promoveat, proximum adjuvet, fidem vivam demonstret &c. *B. Chemnitius* in *Luthero* observavit, præcipuas Scripturæ sententias, quæ de causis B. O. tam impulsivis quàm finalibus loquuntur, brevitatis & memoriæ gratia, posse distribui in tria principalia capita, quæ postea in alia membra deduci possint: nempe, quod quædam causæ respiciant ipsum Deum, quædam ipsos renatos: quædam verò proximum. *B. LUTHERUS* hanc distributionem simplicissimam ostendit, quando loqui solitus est: *Bona Opera facienda sunt, ut glorificent Deum: ut testentur de fide: ut serviant proximo.* Hæc causæ sunt media & organa doctrinæ, admonitionum, exhortationum, & objurgationum, quibus Spiritus S. utitur ad hominem Dei ad omne opus, bonum instruendum & præparandum.

§. XXXIII. Itaque bona Opera necessaria sunt I. PROPTER DEUM: quia (α) *Deus mandavit*, ut in bonis operibus ambulemus. *Ezech. XX, 19. In præceptis meis ambulate.* *I. Thef. IV, 3. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio nostra, ut abstinatis à malis operibus & faciatis bona.* *Conf. Levit. XI, 44. c. XIX, 2. Jes. I, 17. Joh. XIII, 34. I. Joh. IV, 21. I. Petr. II, 15.* (β) *Deo placent*: quæcunque enim Deus præcipit, ea etiam ipsi placent. *Coloff. I, 10. Ambulate dignè Deo, εἰς πᾶσαν ἀρεσκείαν.* *Act. X, 35. In omni gente, qui timet Deum & operatur justitiam, acceptus est illi.* *Conf. I. Tim. V, 4.* (γ) *Creator & Dominus est*, cui nos, ut servi & creaturæ servire debemus. *Malach. I, 6.* (δ) *Pater est*, cui nos ut filii obedire debemus *Eph. V, 1. Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi.* *Conf. I. Petr. I, 14. Matth. V, 44, 45.* (ε) *Christus ideo mortuus est*, ut post-hac non serviamus peccato, sed in novitate vitæ ambulemus. Rom.

Rom. VI, 2. seqq. ut peccatis mortui iustitiæ viveremus. I. Petr. I, 18. Conf. Tit. II, 14. II. Cor. V, 15, 17. I. Petr. II, 24. (ζ) *Spiritus S. ideò nos regeneravit, justificavit & sanctificavit*, I. Cor. VI, 11. ut Spiritu incedamus Gal. V, 25. ne Spiritum S. peccatis contristemus Eph. IV, 30. Conf. I. Thess. IV, 8. Rom. VIII, 14. (η) *Deus per bona opera glorificatur*: idque dupliciter contingit, tum quando nos B. O. eum celebramus, I. Cor. VII, 18, 20. c. X. 31. II. Cor. IX, 11. seqq. Philip. I, 11. I. Petr. III, 15. & IV, 11. Eph. I, 4. tum quando alii ea videntes ipsum nobiscum celebrant. Matth. V, 16. *Luceat Lux nostra, ut videant B. O. vestra, & glorificetur Pater noster cælestis*. I. Petr. II, 11. seqq. *Conversatorem honestam habete inter gentes, ut Calumniatores vestri ex bonis operibus estimantes vos, glorificent Deum*. (θ) *Deus exemplum dedit, & Christus reliquit*: ut simus imitatores Dei Eph. V, 1. Ephes. IV, 32. Coloss. III, 12. Utque insequeremur vestigia ipsius I. Petr. II, 21. I. Joh. II, 6. Rom. XV, 7. conf. Joh. XIII, 15. Matth. XI, 29. (ι) *Dei nomen & verbum ne blasphemetur*: Unde jubemur ornare in omnibus doctrinam Servatoris nostri Tit. II, 10. & cavere, ne ipsius nomen propter nos malè audiat Rom. II, 24. I. Tim. VI, 1. Tit. II, 5. conf. Col. I, 10. Phil. I, 27.

§. XXXIV. Necessaria sunt B. O. II. PROPTER PROXIMUM, ut (α) *eum juvemus, ac diligamus*, non verbò, sed opere & veritate I. Joh. III, 18. *Discant nostri bonis Operibus præesse ad usus necessarios, ne sint infrugiferi* Tit. III, 14. Conf. Matth. XXII, 39. II. Thessal. I, 3. Luc. VI, 38. Ephes. IV, 16. (β) *Bono exemplo ad Pietatem invitemus & lucrifaciamus*, sicut luminaria in Modo, in medio nationis pravæ ac perversæ lucentes Phil. II, 15. conf. Matth. V, 16. I. Petr. III, 1. (γ) *Scandalavitemus*, neque cuiquam offendiculum præbeamus I. Cor. X, 32. *Væ hominì per quem scandalum venit*. Matth. XVIII, 7. conf. Heb. XII, 15. Phil. II, 15. II. Cor. VI, 3. (δ) *Benefaciendo improbos pudefaciamus, iisque os obturemus*. I. Petr. II, 12. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum: ut is qui ex adverso est rubore suffundatur, nihil habens mali, quod de vobis dicat. Tit. II, 7, 8. conf. I. Petr. III, 16.

G

§. XXXV

§. XXXV. Neccessaria sunt B. O. III. PROPTER NOS IPSOS, ut (α) *Fides & nova Creatura ostendatur*: renati enim testari id debent novitate vitæ. *Si quis est in Christo, est nova creatura*. II. Cor. V, 17. Renati sunt filii lucis, qui in luce ambulare debent. I. Joh. I, 7. Justificati fidem per B. O. demonstrare debent. Jac. II, 18. Confer. Galat, vi, 24. Ephes. V, 8. c. IV, 1. Rom. vi, 2, 16, 18. I. Joh. III, 6. c. IV, 7, 12, 16. (β) *Ut Vocatio, justificatio, & electio nostra confirmetur*: nam quoad nos & a posteriori, firmi reddimur de vocatione, justificatione & electione nostra II. Petr. I, 10. Per hoc enim (tanquam ex signo & a posteriori) scimus, quod translati simus de morte in vitam, quia diligimus fratres, qui enim non diligit fratrem, ex morte est: per dilectionem verò cognoscimus, quod simus ex veritate I. Joh. III, 14. seqq. (γ) *Ut suspicionem hypocriseos amoliamur, & discrimen inter vivam ac mortuam fidem deprehendamus, nec nos & alios falsa persuasione decipiamus. Fides sine operibus est mortua*. Jac. II, 17. Qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & veritas non est in eo I. Joh. II, 4. Et fructibus arbor cognoscitur: quæ non facit bonos fructus mala arbor est. Matth. VII, 18. Cui hæc non adsunt cæcus est II. Petr. I, 9. conf. I. Joh. III, 16. VIII, 19. I. Tim. V, 8. Jac. I, 22, 26. (δ) *Ne per peccata Spiritum S. fidem & gratiam Dei amittamus*: nam Spiritus S. contristatur Ephes. IV, 30. Repellentes bonam conscientiam, circa fidem naufragium fecerunt I. Tim. I, 19. Propter hæc venit ira Dei super filios inobedientiæ Coloss. III, 6. conf. I. Tim. V, 8. II, Tim. VI, 10. I. Petr. II, 11. II. Petr. I, 7. c. II, 20. I. Thess. IV, 8. Ps. LI, 13. (ε) *Pænas temporales & æternas malis operibus destinatas evitemus*: maledictus enim est, qui non fecerit omnia bona Opera in lege præscripta Deut. XXVII, 26. Si secundum carnem vixeritis, moriemini Rom. VIII, 13. Nolite errare, nec fornicarii, nec idololatræ, nec adulteri &c. Regnum Dei possidebunt I. Cor. III, 6. Conf. Matth. III, 10. c. XXV, 30. Gal. V, 21. Luc. VI, 37. Psal. LXXXIX. 32. I. Thess. IV, 6. &c.

§. XXXVI.

§. XXXVI. De his causis, tam finalibus, quam impulsivis, ob quas necessario B. O. facienda sunt, observat B. GERHARDUS in Locis de B. O. §. 28. terminum causæ finalis in latiore significato accipi, ita ut quoque complectatur τὸ ἐπιμένειν, & quæ consequuntur bona renatorum opera, ex gratuita scil. Dei miserentis bonitate. Neque enim, ut rectè ait, intuitus præmiorum atque evitatio pœnarum, propriè & accuratè loquendo, debet esse causa finalis, & impulsiva B. O. cum nova obedientia renatorum ex sincera Dei caritate & finali timore proficisci debeat. Dilectio non est mercenaria; nec filialis, sed servilistimor est, propter constitutus pœnas, à peccatis cavere. Equidem caro, quæ in ipsis renatis quoque Spiritui adversatur, consideratione præmiorum excitari, & consideratione pœnarum à malis retrahi potest, si vel torpescere in bono, vel ad malum declinare velit: interim tamen bona opera, quatenus talia, ex Spiritu spontaneo, & sincera dilectione, absque ullo mercedis intuitu facienda sunt. Idem monet §. 27. de *Philippi* sententia, qui causis impulsivis B. O. addit eorum dignitatem & utilitatem, per dignitatem non intelligendum esse, meritum, quoddam vel gratiæ divinæ, vel justitiæ, vel salutis æternæ, neque perfectionem quandam bonorum Operum, neque causalitatem in justificatione, sed gratuitam Dei acceptionem quæ renatorum obedientiam ratam ac gratam habet, eandemque præmiis gratuitis afficit, à Spiritu S. profectam, perfidem inchoatam, in futurâ vitâ perficiendam. Monet quoq; ibidem de *B. Hutteri* sententia, qui classes quinque causarum facit, addens respectum Angelorum & diabolorum, in explic. F. C. p. 451. quod illæ classes ad priores reduci queant, siquidem Angeli nostris operibus non offendantur, nisi Deus iisdem offendatur: quod si quis ergò cavet, ne Dei gratiam amittat, is cavet, ne angelos custodes offendat, & abigat. Similiter Diabolo non præbetur hospitium in corde, nisi Spiritus S. desinat esse domicilium: quod si quis ergò cavet, ne Spiritum

tum S. excutiat, is cavet eò ipso, Diabolo hospitium præbere.

§. XXXVII. Rectè itaque F.C. asserit, *Bona Opera necessaria esse, non propter salutem, sed propter alias causas.* Atque hæ, uti hæctenus ostensum, & numero multæ, & pondere satis graves sunt, ut quilibet hinc fateri cogatur: licet B.O. neq; ad salutem sint necessaria, neque etiam acceptam fidem & justitiam confirmare aut conservare valeant, non tamen sint arbitraria, & in libertate hominis positum, ea, vel præstare, vel omittere, sed quod necessariò, ob dictas causas facienda sint. Nam hic proponitur 1. *Necessitas mandati*, quia Deus in lege B. O. exigit. 2. *Necessitas debiti*, ex priori orta, debemus enim Deo obsequium, & proximo officium. 3. *Necessitas ordinis*, siquidem perpetuus manet ille justitiæ ordo, ut creatura rationalis creatori obediat. 4. *Necessitas presentie*, non efficaciam, ut viva fides demonstretur. 5. *Necessitas consequentia* ad fidem & justificationem, quia ut effectus causam suam necessariò sequuntur. Certè B. LUTHERUS in valdè multis locis ex consensu causæ & effectus urget B. O., quia natura seu proprietas fidei, regenerationis & renovationis Spiritu S. talis est, ut necessariò pariat Bona Opera. 6. *Necessitas hypoteseos*, quia, nisi velimus fidem excutere, gratiam Dei & viam æternam amittere, atque pœnas omnis generis accersere, certè necessariò piè vivendum & bonis operibus studendum est. Cum itaque tot modis, & tot ob causas B. O. necessaria sint, atque insuper promissionem hujus & futuræ vitæ, adeoque utilitatem maximam habeant; utique eorum studium in Ecclesiâ docendum, urgendum, & omni tempore, præsertim hoc nostro B. O. sterili inculcandum est.



Coll. diss. A 231, misc. 39